
HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

Observationes de pronominum personalium apud poetas Alexandrinos usu.

DISSERTATIO INAUGURALIS

Quam

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT


PAULLUS LORENTZ

MEMELENSIS



BEROLINI MDCCCXCII.

HEINRICH & KEMKE.


HARVARD COLL
DEC 22 1892

Viro doctissimo atque humanissimo

Dir. Prof. Dr. Aemilio Grosse

testificandae pietatis causa primitias studiorum

offero.

Elegantiam subtilitatemque cum uniuscuiusque linguae tum eius quae reliquas omnes varietate dicendi quam maxime superat, Graecae, non minima ex parte in eis orationis particulis quae pronomina a grammaticis appellantur positam esse nemo qui ad linguas pertractandas se contulerit, non concedet. Neque dubium esse potest, quin apud poetas eius aetatis literarum Graecarum quae Alexandrina appellatur, usus pronominum alius sit atque apud Homerum, antiquissimum poetam Graecum, quamquam ad clarrissimam illam lucem poetarum in genere dicendi ut cuiusvis aetatis poetae sic etiam illi respexerunt. Atque illorum usum, quomodo differat ab usu Homerico quaerenti id agendum erit, ut quae sermoni Homerico dissimilia offeruntur in carminibus poetarum Alexandrinorum, unde sumpsisse eos verisimile sit, exponat. Inter poetas autem Alexandrinae aetatis potissimum spectandi sunt ei quorum maiora carmina versu hexametro composita adhuc exstant, Theocritus, Aratus Solensis, Callimachus, Appollonius Rhodius, Nicander, Oppianus.*) Neque vero in singulis generibus usus pronomium personalium stilus qui in singulis carminibus adhibitus est neglegendus erit, ut quae in sermone epico Apollonii Rhodii et quorundam Theocriti carminium ut idylliorum 22. 24. 25. inveniantur, eadem in reliquis Theocriti carminibus et in Callimachi hymnis abesse eademque contra valere necesse esse perspiciatur. Neque minus carminum didacticorum Arati et Nicandri ratio habenda

---

*) Auctorem dico carminis quod *Ἁλιευτικά* inscribitur cum auctorem carminis de venatione ut III. seculi p. Chr. huc non referendum esse censuerim.

erit, cum reperietur aliquid quod neque cum Homerico usu congruat neque cum reliquorum poetarum qui in hac quaestione respiciendi sunt. Rarius autem ei poetae erunt spectandi quorum ex carminibus fragmenta tantum nobis tradita sunt ut Eratosthenes, Rhianus, horum enim loci aliquoties tantum ad usum Alexandrinorum ab Homerico discrepantem magis tiam illustrandum citandi erunt.

In disponenda autem materia huius quaestionis ita versabor, ut primo capite agam de pronominis personalis vi anaphorica, altero de vi reflexiva. Atque in illius quidem singulis partibus disseram de singulis casibus singularis et pluralis, de numero duali, de mutata significatione pronominum; in altero capite, quibus rationibus vis reflexiva effici possit, quaeretur.

Caput I.

1. De singulis casibus singularis et plur.

a. Nominativus.

Nom. sing. 2. personae quibusdam locis nulla alia de causa verbo adponitur quam ut repetat subiectum enuntiationis antecedentis, ita ut non duo homines inter se opponantur, sed duae actiones eiusdem hominis ut in loco Homerico *K* 237 μὴ δέ σύ γ' αἰδόμενος σῇσι φρεσὶ τὸν μὲν ἀρείω καλλείπειν, σὺ δὲ χεῖρον ὀπάσσεαι (cf. Naegelsbach Anmerk. zu Il. A. 190. Ebeling Lex. Hom. II, 298 a). Cum autem apud Homerum iterata significatio vel anaphora, ut ita dicam, subiecti enuntiationis multo minus saepe in 2. pers. repetito pronomine σύ quam in 3. pers. ὅγε vel ὁ adposito (v. Bekker, Homer. Blaetter I p. 80) fiat, apud Alexandrinos poetas qui omnes fere secundum sermonem communem maioris perspicuitatis causa adicere solent quae omitti poterant i. e. quae omissa non desiderarentur, haud ita raro etiam σύ ad repetendum subiectum adhibitum invenitur. Cuius usus imprimis Theo-

critum exempla praebere ex eis quae supra domonstravimus facile est intellectu. Exstant autem haec. Theocr. V, 68 *μήτ' ἐμέ, Μόρσων, ἐν χάριτι κρίνῃς, μήτ' ὦν τύγα τοῦτον ὀνάσῃς.* 70—71 *Μόρσων φίλε, μήτε Κομάτα τὸ πλέον ἰθύνῃς μήτ' ὦν τύγα τῷ δέ χαρίξῃ.* Apollon. A 303. *θάρσει . . . ἀλλὰ σὺ μὲν . . . μίμνε* (cf. p. 13). 894 *ἀγείραις . . . σύγ' οὐ σχήσεις.* 1108 *ἀγόρευε . . . ἀλλὰ τύνη . . . . μνώεο.* Δ 823 *ἅ κεν τρέψαιο μηδὲ σύγ' ἐάσῃς.* Callim. hym. I, 70 *εἵλεο δ' αἰζηῶν ὅτι φέρτατον, οὐ σύγε νηῶν ἐμπεράμους* sc. *εἵλεο.**) Nicandr. Alexiph. 88 sqq. *ἠὲ μυρτίνης σχεδίην δεπάεσσιν ὀρέξαις . . . ἠὲ σύ γ' οὐθατόεντα διοειδέα μαζὸν ἀμέλξας ῥεῖα φέροις.* 195. 197 *κερέοις . . . ἠέ σύγ' . . . ὁπλίζεο.* 336 *μὴ . . . λήσειν, σὺ δέ . . . πεπύθοιο.* Theriac. 39—40 *βλήτρου πυρὶ βάλλεο χαίτην. ἤ σύγε καγχρυόεσσαν ἑλὼν πυριθάλπεα ῥίζαν.* 512—513 *μέσονδ' ὡς ἀχράδα καρπὸν μυρτάδος ἐξ ὄχνης ἐπιόψεαι ἤ σύ γε βάκχης.* 643 sqq. *τῶν μὲν ἀπ' ἀνδρακάδα προταμὼν ἰσήρεα χραισμεῖν ἢ σφέλαι ἤ ὅλμῳ κεάσας ἤ ῥωγάδι πέτρῃ καί τε σύγ' ἠρύγγοιο καὶ ἀνθήεντος ἀκάνθου ῥίζεα λειήναιο.*

908 sqq. *ὁποῖό τε δάκρυα βάλλοις ἠὲ σύγ' ἕρπυλλον κεροειδέα . . ἀμέργεο.*

Theocr. X, 34 *τὼς αὐλώς μὲν ἔχοισα καὶ ἡ ῥόδον ἢ τύγε μᾶλον;* hoc loco pronomen *τύγε* non ut *ἐγώ* in v. 35 opponatur adiectum esse inde elucet, quod, si contrarium efficiendum esset, pronomen non in arsi ponendum orat *ἢ τύγε* (—′ ⌣ ⌣). Ultima tria exempla aeque atque locus Callimacheus a ceteris paullo differunt. Neque enim idem subiectum, quod pronomine *σύ* adposito repetitur ad novum praedicatum verbo aliquo expressum referendum est, sed ad novum obiectum. Quibus locis, quorum simile quidquam neque apud Homerum repperi neque apud ceteros Alexandrinae aetatis poetas praeter Callimachum, Theocritum, Nicandrum, pronomini *σύ* tanta vis attributa est, ut non modo personam repetat eam quae subiec-

---

*) Innumerabilium locorum quibus praeterea pronomen *σύ* verbo additum est quibusque haud raro cum *ἠὲ* vel *καί τε* connictum est non ad eundem subiectum repetendum positum est enuntiationis antecedentis.

tum est ad praedicatum superius referendum, sed ad actionem ipsam quae hoc praedicato significatur iterandum adhibeatur: Callim. hym. 1, 70 οὐ σύγε νηῶν ἐμπεράμους scriptum est pro οὐ σύγε νηῶν ἐμπεράμους εἵλεο; Nicand. Theriac. 39—40 ἢ σύγε pro ἢ σύγε πυρὶ βάλλεο, v. 512—513 ἢ σύγε pro ἢ ἐπιόψεαι; Theocr. X, 34 ἢ τύγε pro ἢ ἔχοισα.

Nom. plur. 3 pers. σφεῖς apud Alexandrinos poetas nusquam exstad.

b. Genitivus.

Hoc loco id potissimum videamus, quibus locis genetivo casui vis possessiva sit tribuenda. Quod apud Homerum quidem non in quibuslibet prominum formis factum esse qui locos huc pertinentes accuratius inspexerit, concedet. Habent enim possessivi significationem in 1. pers.

1) ἐμεῦ rarissime ut X 454 contra Aristarchi regulam qui genetivos pron. person. nisi enclitici essent negabat possessivam vim habere.

2) μευ saepissime ut A 273 I 355 N 626.

3) ἐμεῖο et ἐμέθεν nusquam. (De locis qui repugnare videntur disseruit Beckerus Hom. Blaetter I p. 74 sqq.)

2. pers. 1) σέο et σεῦ rarissime ut Δ 174. Ω 754.

2) σεο et σευ saepissime ut E 811. Ξ 95. P 173. ι 405. ν 231.

3) σέθεν et σεῖο nusquam.

In 3. pers. apud Homerum vis possessiva soli pronomini ἑο vel εὑ attributa est ut Ω 293. 311. nusquam formis ἕθεν et εἷο. Sed Alexandrini poetae et encliticis formis utuntur et acutis ubi possessivi munere fungitur genetivus. Singulorum poetarum qui sit usus, ex conspectu qui sequitur elucebit. Possessivam vim habet genetivus apud Theocritum in 1. pers. μευ i. e. forma enclitica, pro qua ne uno quidem

loco acuta forma adhibita est, passim, semel ἔμεθεν in carmine Aeolico Id. XXX, 9.

in 2. pers. τεῦς Id. X, 36. τευ V, 19. σευ XIX, 16. XXII, 63 quo loco solo in eis carminibus Theocriteis quae epicum stilum redolent, genetivus vices explet pronominis possessivi:

τεῦς II, 126. XI, 55. σεῖο XXVII, 6. σέθεν XXVII, 44. σέο XXVII, 39.

in 3. pers. genetivo vis possessiva nullo loco exstat neque in Theocriti neque in reliquorum bucolicorum carminibus. Apud Bionem genetivus possessive adhibitus est in

1. pers. μευ VI, 1. VIII, 9.

2. pers. σευ I, 48. σεῖο XII, 16.

apud Moschum in 1. pers. ἐμεῖο I, 147

„ 2. pers. σεῖο I, 159 III (= Incert. I), 26.

τευ III (= „ I), 117.

σευ IV (= „ VIII), 81.

σεῦ III („ I), 92.

Apud Apollonium possessive positum est in 1. pers. ἐμεῖο Γ 310. 716. 721. Δ 741. Sed formae enclitae genetivi pron. pers. non modo possessiva singnificatione, sed omnino non inveniuntur praeter Δ 1652 in formula ex Homero notissima κέκλυτέ μευ.

2. pers. σέθεν Β 440. Γ 391. 733. Δ 746. 1749.
σεῖο Γ 151. Δ 59.

3. pers. ἕθεν Δ 279 de quo loco infra ubi de mutata significatione pronominum dicetur, diligentius agendum erit. Δ 1469.

Utroque loco et Δ 279 et 1469 simul reflexivam vim habet pronomen.

εἷο Δ 460 item possessive et reflexive adhibitum est.

Apud Callimachum possessive munere fungitur in 1. pers. ἐμεῖο hym. IV, 247.

in 2. pers. σεῖο hym. I, 8. II, 80. IV, 119. 227.
σεῦ „ VI, 100 in versu ineunte.
σεο „ III, 139.

in 3. pers. nulla pronominis person. forma.

Aqud Oppianum possessive adhibetur pron. 1. et 3. pers. nusquam.

2. pers. σεο I, 70.
σεῖο V, 337.

Aratus et Nicander, exempla non praebent quae huc sint referenda. Quoniam Alexandrini poetae adeo non abhorrent a formis acutis ad significandum vim possessivam, ut praeter locos nonnullos bucolicorum et unum illum Callimachum hym. III, 139 nnsquam encliticis ntantur, cum in hac re Homericum usum non sint secuti, usum illum ab aliis poetis petiisse videntur. Primum autem post Homerum tale aliquid apud tragicos poetas invenitur. Adfert Imm. Beckerus Hom. Bl. I, 75 exempla ex Euripis Medea et eius generis cum simul pro reflexivis sunt pronomina personalia et eius, cum pro simplici possessivo adhibentur. Prioris generis sunt Euripidis Med. 64 μὴ πρὸς γενείου κρύπτε σύνδουλον σέθεν. v. 853 χειρὶ τέκνων σέθεν καρδίᾳ τε λήψει; alterius generis v. 1150 φίλους νομίζων οὕσπερ ἂν πόσις σέθεν v. 1371 πικρὰν δὲ βάξιν ἐχθαίρω σέθεν v. 1306 παῖδες τεθνᾶσι χειρὶ μητρῴᾳ σέθεν. Neque inusitatum fuisse pronomen σέθεν possessiva significatione adhibere apud lyricos poetas eiusdêm aetatis ex his locis elucet Pindaricis Olymp. VI, 81 κραίνει σέθεν εὐτυχίαν. Nem. III, 5 σέθεν ὄπα μαιόμενοι. Quae cum ita sint, poetae Alexandrini in usu pron. pers. quo ab Homero recedunt, quorum exempla secuti sint, perspicitur. Nam etsi pron. 3. pers. cuius formam εἶο Apollonius pro possessivo adhibet, e poetis antiquioribus exempla adferri non possunt, tamen facile intellegitur, si modo 1. et 2. pers. cum usu possessivo non pugnaret, idem etiam in 3. pers. pronominis fieri potuisse. Atque apud Apollonium hoc factum esse, eo minus mirabimur, cum in

pron. possessivo ipso, quod infra demonstrabitur p 42 sqq. ad similitudinem antiquiorum poetarum non pauca novaverit. Deinde quod saepius etiam σεῦ vel ut Theoritus Doricum τεῦς possessiva significatione adhibent Alexandrini, id quod rarissime admisit Homerus, ut est poetarum posterioris aetatis consuetudo, usitatissimum reddunt. Tum ubi percrebescere coepit, in genetivo possessivo eas etiam adhibere poetae non dubitabant, quae antea hac significatione nondum adhibitae erant ut ἐμεῖο ἐμέθεν σεῖο-εἷο. Atque Apollonium quidem, qui saepius quam reliqui Alexandrini formis acutis in genetivo possessivo utitur, in formis pronominum personalium adhibendis exemplum Zenodoti in recensione carminum Homericorum datum secutum esse Merkelius exposuit in Prolegomenis ad Apollon. Rhod. Argonautica p. LXXX, sq.

In carminibus Alexandrinorum poetarum duobus locis in genetivo possessivo ea forma adhibita est quae cum genetivo pron. possess. ipsius congruit, Callim. hym. VI, 99 τεοῦ B 6 ἑοῖο, illud in versu ψευδοπάτωρ, ἴδε τόνδε τεοῦ τρίτον, hoc in versu μή τιν' ἀποστείχειν, πρὶν πειρήσασθαι ἑοῖο πυγμαλίης. Similitudinem quam secuti formis illis utebantur Apollonius et Callimachus, apud tragicos inveniebant poetas qui primi prononinis personalis formam eam quae cum genetivo pron. poss. congruit, possessiva significatione adhibuerunt, atque in 1. quidem persona Sophocl. Philoct. 1266 ὅστις γ' ἐμοῦ δόλοισι τὸν βίον λαβὼν ἀπεστέρηκας.

Oed. Rex 580 ἃ 'ν ᾖ θέλουσα, πάντ' ἐμοῦ κομίζεται. Praeterea quod τεοῦ a Callimacho in carmine Dorico-Aeolica dialecto composito adhibitum est, in genetivo pron. pers. iam a poetis Doricis Epicharmo et Sophrone adhibitum erat, cuius rei testis est Apollonius Dyscolus in libro de pronominibus p. 96 B. Atque ilsud ἑοῖο non modo possessiva, sed etiam usitata pronom. person. significatione, et anaphorice et reflexive adhibere non dubitabat Apollinius solus quidem ille Α 1032. Γ 1064. 1334. Δ 780. Quod ut faceret, nescio an

commotus sit locis quibusdam Homericis qui quamquam in diorthosi Zenodothea non fuerant (v. Lehrs Herodian p. 455), tamen aliquantum valuisse videntur, priusquam ab Aristarcho eicerentur e carminibus Homericis, O 37 et 468 utroque loco *ὡς μὴ πάντες ὄλωνται ὀδυσσαμένοιο τεοῖο*, ubi *τεοῖο* pro genetivo pron. pers. adhibitum esse perspicitur (cf. Apollon. Dysc. De synt. 162, 28). Hoc deinde ab Apollonio qui rariora cum in multis rebus tum in pronominibus frequentissime adhibere solet, ad 3. personam translatum esse veri mihi videtur quam simillimum. Quod vero idem Apollonius altera forma cum genetivo pron. poss. congruente, *ἑοῦ*, pro gen. pron. pers. reflexive quidem utitur neque tamen eandem possessive adhibet, hoc Zenodoti lectionibus Homericis debere videtur, in quibus et stabat *ἑοῦ* *Β* 239. *Γ* 384. *Τ* 261. *ε* 459. *η* 217. *Ω* 293. Formas autem illas *ἑοῖο* et *ἑοῦ* ipsas non grammaticorum arbitrio deberi, sed e stirpe pronominum pers. et poss. recte derivari a Brugmanno expositum est in Kuhn's Zeitschrift 27, 406 sq.

Restat ut de genetivo pron. pers. pro possesivo posito agentes id quopue commemoremus inter Alexandrinos poetas bucolios solos articulum adposuisse. In carminibus autem Theocriteis epicis uno loco quo legitur genetivus possessivus XXII, 63, articulus non exstat: *γνώσεαι, εἴ σευ δῖψος ἀνειμένα χείλεα τέρσει.* Apud Homerum quidem et poetas lyricos prioris aetatis nullo loco articulus cum genetivo possesivo coniunctus invenitur*). Sed apud Atticos et in pedestri sermone et in poetico saepissime hoc factum esse notissimum est. Ex Attica igitur dialecto quae Alexandrina aetate quam latissime patebat, usum articuli genetivo possesive adpositi petiisse bucolicos poetas facile perspicitur. Atque eo facilius hoc intellegetur, si ipsum illud genus poeseos quod maxime in

---

*) Nam quod exstat Il. T. 185 *χαίρω σεῦ Λαερτιάδη τὸν μῦθον ἀκούσας, σεῦ* potius ad *ἀκούσας* quam ad *τὸν μῦθον* referendum esse putabit qui hos locos inspexerit *Ω* 767. *δ* 94 *μ* 389.

Attica dialecto excultum erat, diverbiorum, in carminibus suis imitatos esse illos poetas nobiscum reputaverimus. Genetivus pluralis, cuius perpauca exempla exstant apud Alexandrinos, nihil habet quod sit commemoratu dignum. Nam ubi pro possessivo adhibitus est, ut Theocr. XXII, 10. XVII, 24. Apollon. *Γ* 230., *Β* 1141., Arat. 458., articulus non additus est.

c. Dativus.

Dativi et sing. et plur. praeter propriarum significationum eius quoque usus exempla praebentur in carminibus Alexandrinorum, ut eius qui loquitur vel eius quocum loquitur aliquis, multum interesse ut fiat aliquid indicet. Qui usus quem ethicum appellant grammatici (de origine significationis dativi ethici v. Naegelsbach ad Il. Exc. I, 3. P. Cauer in Curt. Stud. VII, 101. Kühner Auf. Gramm. § 423, 25 d = II, p. 369), notissimus est e locis Homericis, ut *Δ* 27. *Ι* 413. *τ* 585. *Ε* 801. *ρ* 544. Longe plurimos locos dativum ethicum praebentes apud eos poetas inveniri qui sermonem cotidianum in carminibus suis imitentur, non mirabimur, si, quantopere dativo ethico adhibito elocutio sermoni cotidiano aptetur, animis perpenderimus. Atque eo etiam hoc probari puto, quod ex locis Theocriteis huc pertinentibus nullus in carminibus eis reperitur quue epicum sermonem redolent ut Id. XXII, XXIV, XXV. Sunt autem huc referendi Id. VII, 118 *βάλλετέ μου τόξοισι τὸν ἱμερόεντα Φιλῖνον* XV, 4 *μόλις ὔμμιν ἐσώθην, Πραξινόα.* 55: *ὠνάθην μεγάλως, ὅτι μοι τὸ βρέφος μένει ἔνδον.* IX, 16 *ἔχω δέ τοι, ὅσσ' ἐν ὀνείρῳ φαίνονται.* II, 66 *ἦνθ' ἁ τωὐβούλοιο καναφόρος ἄμμιν Ἀναξώ.* X, 38 *ἦ καλὰς ἄμμι ποῶν ἐλελήθει Βοῦκος ἀοιδάς.* XV, 76 *φλίβεται Εὐνόα ἆμιν.* Tribus ultimis locis dativus ethicus ad complures homines pertinet ita quidem ut is qui loquitur pronomen magis ad se solum referat. Eiusmodi usus dativi ethici etsi Homerica exempla adferre non possumus, tamen a Theocrito non primum adhibitus est, cum praeter alios locos apud Platonem inveniatur.

τοῦ μὲν ξένου ἡμῖν ἡδέως ἂν πυνθανοίμην (Sophist. 216e). Inter ceteros poetas Alexandrinos dativus ethicus nonnullis locis iam apud Callimachum exstat hym. V, 85 τί μοι τὸν κῶρον ἔρεξας, πότνια; VI, 42 τίς μοι καλὰ δένδρεα κόπτει; Epigr. VI, 9 μηδέ μοι ἐν θαλάμῃσιν . . . . τίκτηται νοτερῆς ὤεον ἀλκυόνης. VI, 82 νεῖταί τοι Τριόπας. Apud Oppianum invenitur III, 1: νῦν δ' ἄγε μοι, σκηπτοῦχε, παναίολα δήνεα τέχνης ἰχθυβόλου φράζοιο. Denique ad Apollonium nos vertamus. Cuius in carmine copiosissimo in quo plurimae et longissimae orationes inveniuntur, dativus non plus tribus lovis ethici munere fungitur in 1. persona Γ 372 οὐκ ἄφαρ ὀφθαλμῶν μοι ἀπόπροθι, λωβητῆρες, νεῖσθ'; 386 Αἰήτη, σχέο μοι τῷδε στόλῳ. Δ 757 δεῦρο Θέτιν μοι ἄνωχθι μολεῖν ἁλὸς ἐξανιοῦσαν. At quod apud nullum poetam 'Alexandrinum legitur quodque apud scriptores superioris aetatis haud ita sape obviam fit, Apollonius etiam in pronomine 3. personae dativum adhibet ethicum semel quidem Δ 1349. ἐπηπείλησε δὲ γαῖαν Μυσίδ' ἀναστήσειν αὐτοσχεδὸν ὁππότε μή οἱ ἢ ζωοῦ εὕροιεν Ὕλα μόρον, ἠὲ θανόντος. Habet igitur in hac quoque re ut fere in omnibus quae ad pronominum usum spectant, aliquid proprii Argonauticorum auctor. Apud Homerum quidem quem imitari studet Apollonius, usus ille non exstat, nam in talibus locis quales sunt Δ 219. P 195. δ 771 de quibus infra agetur p 15 16 dativus non ethice, sed pro ipso genetivo possessivo positus est. Sed dialecto Attica quae aetate Alexandrina tam late erat vulgata, usum illum dativi ethici non ignotum fuisse admonendum est. Exstat enim e. g. c. apud Platonem Civ. 343 a ὅτι τοί σε κορυζῶντα περιορᾷ καὶ οὐκ ἀπομύττει δεόμενον, ὅσγε αὐτῇ οὐδὲ πρόβατα οὐδὲ ποιμένα γιγνώσκει Kühner Gramm. II, 370).

Tum nius usus dativi mentionem fieri necesse est, cum Homero ipso duce pronomine personali adiecto praeter nomen substantivum rem aliquam significans quae, cui sit tribuenda, minime dubium est; tamen cum ubertate quadam

persona ipsa significatur ad quam pertinet res illa ut est apud Homerum *A* 189 ἐν δέ οἱ ἦτορ στήθεσσιν λασίοισι διάνδιχα μερμήριξεν. Hic usus qui haud scio an ipse quoque possessivus appellari possit, inter Alexandrinos poetas exstat apud Apollonium *B* 256 μή μοι ταῦτα νόῳ ἐνὶ βάλλεο. *Γ* 644 μοι ἐνὶ κραδίῃ *Δ* 1671 μοι ἐνὶ φρεσίν. apud Aratum Solensem v. 147 κρατὶ δέ οἱ Δίδυμοι, μέσσῃ δ' ὕπο Καρκίνος ἐστίν. 473 εἴποτέ τοι τῆμός δε περὶ φρένας ἵκετο θαῦμα apud Nicandrum Alex. 343 κραδίῃ δέ οἱ ἐν. Apud Oppianum III, 516 κραδίῃ δὲ οἱ θάρσος . . . ἐμπίπτει Interdum dativus pron. pers. quem dico possessivum non ut erat in exemplis modo adlatis cum ubertate quadam adpositus invenitur, sed ita ut pro ipso genetioo vel pro pronomine possessivo adhibitus videatur, ut est apud Homerum *A* 200 δεινὼ δέ οἱ ὄσσε φάανθεν. *Δ* 254 Μηριόνης δ' ἄρα οἱ πυμάτας ὄτρυνε φάλαγγας δ 662 ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι εἴκτην Eiusmodi autem exempla sola huc referenda sunt, in quibus dativus pronominis neque a verbo finito pendeat neque verbum εἶναι supplendum sit. Quorum nentrum fit hisce locis: Theocr. III, 1 ταὶ δέ μοι αἶγες βόσκονται κατ' ὄρος i. e. αἱ ἐμαὶ αἶγες κτλ. XX, 9 χείλεά τοι νοσέοντι. Apnllon. *B* 212 ἔτι μοι νόος οἶδεν ἕκαστα. Nicandr. Alex. 282 τὸ δέ οἱ ἀμπράξεται ἦτορ. Theriac. 511 ἡ δέ οἱ ὀδμὴ σκίδναται. Ex omnibus antem poetis Alexandrinis nemo saepius hoc dativo possessivo usus est quam Aratus, apud quem, cum pronomen possessivum omnino non exstet in carmine eius neque genetivus possessivus pron. pers. ullo loco inveniatur, pro his ipsis positus est. Ex ingenti exemplorum numero adferam ea, in quibus maxime genetivus desideratur vel pron. poss. v. 47 αἱ δ' ἄρα οἱ σπείρης ἑκάτερθε φέρονται Ἄρκτοι. 50 ἡ μέν οἱ ἄκρῃ οὐρῇ παρ κεφαλὴν Ἑλίκης ἀποπαύεται ἄρκτου. 53 καὶ οἱ ποδὸς ἔρχεται ἄχρις. 86 ἀτάρ οἱ Ὄφις γε δύο στρέφεται μετὰ χερσίν. similes sunt loci qui sequuntur v. 143. 163. 184. 276. 329. Atque in eis locis quibus possessivum si poneretur pronomen, ad subiectum eiusdem enuntiationis pertineret, ubi

in prosa oratione reflexivum adhibendum est, Arato structura in passivum vertenda est ut v. 67 *ἀπ᾽ ἀμφοτέρων δέ οἱ ωμων χεῖρες ἀείρονται* positum est pro *ἀπ᾽ ἀμφοτέρων δὲ τῶν ὤμων τὰς ἑαυτοῦ χεῖρας ἀείρει.* v. 251: *καί οἱ δεξιτερὴ μὲν ἐπὶ κλισμὸν τετάνυσται πενθερίου δίφροιο* pro *τὴν δέ ἑαυτοῦ δεξιτερὴν ἐπὶ κλισμὸν τείνει πενθερίου δίφροιο.* In hoc ipso pron. pers. usu, cum dativus pro genetivo positus possessivam habet significationem, Homero aliquid proprium esse restat, ut commemoremus, quod apud Alexandrinos iam non invenitur. Coniungitur enim pronomen *οἱ* apud Homerum etiam cum altero dativo substantivi alicuius, quod ipsum non de praepositione pendet, sed de verbo ut *Δ* 219 *φάρμακα . . . τά οἵ ποτε πατρὶ φίλα φρονέων πόρε Χείρων.* *P* 195 *τεύχεα . . . ἅ οἱ θεοὶ Οὐρανίωνες πατρὶ φίλῳ ἔπορον.* *δ* 771 *οὐδέ τι οἶδεν, ὅ οἱ φόνος υἷι τέτυκται.* Talibus in locis dativus *οἱ* dativi ethici simile aliquid habere neque tamen pro dativo ethico ipso haberi posse, quoniam huius ipsius loco genetivus possessivus nullo modo poni poterat, facile apparet.

d. Accusativus.

In hoc casu pron. pers. vix est quod sit monendum praeter ea quae mox de universa significatione pronominum personalium dicentur. Nam perscrutantibus nobis exigua tantum festigia offeruntur eius usus accusativi, qui apud Homerum quam maxime est vulgatus, cum pronomina *μίν* et *ἕ* prolepsim figuram efficientia nomini alicui antecedunt ut in *N* 315 *οἵ μιν ἄδην ἐλόωσι καὶ ἐσσύμενον πολέμοιο Ἕκτορα Πριαμίδην.* *α* 194 *δὴ γάρ μιν ἔφαντ᾽ ἐπιδήμιον εἶναι, σὸν πατέρ᾽.* *μ* 230 *ἔνθεν γάρ μιν ἐδέγμην πρῶτα φανεῖσθαι Σκύλλην πετραίην.* Eiusmodi locos inter Alexandrinos ei tantum praebent quos Homericum sermonem imitari voluisse facile intellegitur, Apollonius et Theocritus. Neque tamen apud eos plus quam tres loci exstant, unus apud Theocritum, duo apud Apollonium: Theocr. XXV, 159 *τῇ μιν ἄρα προσέειπε Διὸς γόνον ὑψίστοιο Αὐγείω φίλος υἱός.* Apollon. *B* 798 *οὐ δέ ἑ φημὶ ἤματι τῷδ᾽ ἀέκητι*

θεῶν ἐπελάσσαι ἄρηα, Τυνδαρίδην Βέβρυξιν, Δ 104 εἰς γάρ μιν βήσαντες ἀπο χθονὸς αὐτίκ' ἔωσαν νῆα.

Paullo plura vestigia alterius Homerici usus accusativi apud Alexandrinos exstant eius cum pronomine andecedente totus ille homo significatur, cuius ad partem tantum aliquam pertinet id quod sequitur ut est *κύσσε δέ μιν κεφαλήν* vel Θ 541 *μάλα πού μιν ἄχος φρένας ἀμφιβέβηκεν*. Atque Apollonii quidem carmen, ut redolet maxime epicum stilum carminum Homericorum, tria exempla praebet huc pertinentia: Δ 1032 *ἀλλά μιν Αἰσονίδης τετραμμένον ἰθὺς ἑοῖο πλῆξεν ἐπαΐξας στῆθος μέσον* Γ 162 *δέος δέ μιν ἴσχανε θυμόν*. Δ 351 *δή ῥά μιν ὀξεῖαι κραδίην ἐλέλιξαν ἀνῖαι*. E reliquis autem poetis solus Moschus eiusmodi locum habet in epyllio quod Europa inscribitur v 25: *ὥς μ' ἔλαβε κραδίην κείνης πόθος*.

Additamentum ad **c)** et **d)**.

De dativo et accusativo sing. pron. pers. agentibus nobis etiam id quaerendum est, utrum *οἷ* et *μίν* vel *ἕ* ad nomina cuiuslibet trium generum referant poetae Alexandrini necne. Singulorum usus qui invenitur hic est.

Theocritus *οἷ* promiscue ad masculina ef ad ferninina refert atque in quolibet quidem genere carminum suorum, ad neutra nusquam; *νίν* semel neutrius generis est Id. I, 150 ad *δέπας* pertinens, masculini et feminini saepissime. Apud Theocritum solum etiam accusativus 3. plur. *σφε* ad nomen generis neutrius pertinet, semel quidem Id. XV, 80 (inde a. v. 78): *Γοργώ.*

Πραξινόα, πόταγ' ὧδε τὰ ποικίλα πρᾶτον ἄθρησον·
λεπτὰ καὶ ὡς χαρίεντα. θεῶν τεχνάματα φασεῖς.

Πραξινόα.

πότνι' Ἀθαναία, ποῖαί σφ' ἐπόνασαν ἔριθοι,
ποῖοι ζωογράφοι τἀκριβέα γράμματ' ἔγραψαν.

hoc loco *σφ'* = *σφε* ad *τὰ ποικίλα* vel ad *θεῶν τεχνάματ'* refertur.

Apollonius *οἱ* cum saepissime pro masculino et feminino

adhibeat, tamen non plus semel pro neutro Γ 1042 ubi ad δέμας referendum est; μίν ad substantivum neutrius generis pertinet quater Α 1120. Β 586. Γ 140. Δ 1593, ἕ semel Δ 181, ad substantiva feminini generis et μίν et ἕ frequentissime referuntur.

Aratus adeo non dubitat μίν ad substantiva neutrius generis referre, ut in mille ducentis versibus carminis eius saepius hac significatione inveniatur quam in Apollonii sex millibus versuum, quinquies: v. 170, 442, 444, 476, 727, cum dativus οἷ bis tantum neutrius fungatur munere vv. 67. 445. Apud Callimachum dativi οἷ pro neutro adhibiti nullum exstat exemplum, sed μίν neutrius generis est bis, hym. I, 40, III, 122. posteriore loco pronomen ad neutrius generis substantivum referendum est, sive lacunam ante v. 122 cum Schneidero exples οὐδ' ἔτ' ἐπὶ πτελέην, οὐδ' ἀγροτέρους ἐπὶ θῆρας sic enim μίν ad τόξον in versu 119 spectat, sive cum Hauptio οὐκ ἔτ' ἐπὶ πτελέην ἧκας βέλος, οὐδ' ἐπὶ θῆρα ita ut μίν ad βέλος pertineat.

Apud ceteros quoque poetas Alexandrinos, quorum carminum et epicorum et elegiacorum fragmenta tantum exstant, οἷ et μίν vel ἕ et masculini generis et feminini sunt, neutrius autem, casu scilicet, exempla non inveniuntur. Sunt autem in hoc usu pronominum Alexandrini omnes Homeri exemplum secuti, qui secundum Krügerum quidem (Hom. & Hesiod. Formenlehre § 25, 1, 4) rarissime οἷ et μίν et ἕ ad nomina feminini et neutrius generis rettulit, sed Ebelingii Lex. Hom. II, p. 105 inspicienti haud ita pauca exempla Homerica huc pertinentia praebentur.

2. De numero Duali.

Dualis pron. pers. formae apud Alexandrinos rarissime occurunt, 3. personae omnino non inveniuntur, et 1. et 2. personae ubi exstant, Homero ipso duce neque nomen praedicativum neque verbum in duali numero poni necesse est. Sunt autem loci quibus dualis pron. pers. invenitur hi:

1. pers. νῶι Apollon. Γ 943 Theocr. XXII, 175. νῶιν Apollon. B 250, Γ 56. Theocr. XII, 10 ultimo loco eodem Homero duce, v. e. g. c. Ψ 52, duali etiam adiectivum ἀμφότεροι adiectum est. 2. pers. σφώ Theocr. XXII, 169. σφῷν XXII, 166. Plerumque ad dualem numerum significandum Alexandrini voce ἄμφω utuntur vel plurali adiectivi ἀμφότερος atque illo quidem non modo ubi de 3. persona agitur ut Apollon. Δ 688 quo loco pro Homerico σφωέ positum est, sed etiam pro νῶι Apollon. Γ 25, Δ 373, Theocr. II, 143 et pro σφῶι Apollon. Δ 378. Theocr. XXII, 170. Vel ἄμφω ab Alexandrinis, id quod apud Homerum nondum admittebatur, in aliis casibus praeter nominativum et accusativum adhibetur, nam genetivus est Apollon. Δ 165, dativus Δ 1169. Theocr. XVII, 26: hoc loco autem dativus plur. pron. pers. adiectus est ἄμφω γὰρ πρόγονός σφιν ὁ κάρτερος Ἡρακλείδας. Primum autum vox ἄμφω indeclinabilis adhibita exstat in hymno qui dicitur Homerico quarto in v. 15 (v. Krüger Gram. II, 25, 4,6).

Deinde ipso plurali pron. pers. pro duali utuntur hisce locis Alexandrini:

1. pers. Theocr. XIII, 1. XXII, 147.
2. pers. Theocr. XXII, 171, 161. Apoll. Γ 92.
3. pers. Apollon. Γ 1022.

Denique plurali pron. pers. adicitur adiectivum ἀμφότερος ad dualem numerum efficiendum in 1. pers. nusquam, in 2. pers. Apollon. Γ 104. Theocr. XXII, 152. in 3. pers. Arat 242.

Bis etiam non adiectivum ἀμφότερος, ser substantivum ἄμφω plurali pronominum personalium adponitur, praeter locum Theocriteum XVII, 26 supra commemoratum Mosch. IV, (= Incert. VIII), 63 πῶς ἄμμ' ἐθέλεις ὀρροθυνέμεν ἄμφω;

3. De mutata significatione pronominum.

a. De mutatis numeris.

α.) De siugulari pro plurali posito.

In Appollonii Argonauticis tres inveniuntur loci quibus pronomen μίν a viris doctis pro αὐτοὺς positnm esse conten-

ditur. Qua de re quomodo sit iudicandum, ut perspiciatur, loci ipsi accuratius erunt tractandi.

A 941 legitur (neque differnnt inter se optimorum codicum lectiones):

ἔστι δέ τις αἰπεῖα Προποντίδος ἔνδοθι νῆσος
τυτθὸν ἀπο Φρυγίης πολυλήϊου ἠπείροιο
εἰς ἅλα κεκλιμένη, ὅσσον τ' ἐπιμύρεται ἰσθμός
χέρσῳ ἐπιπρηνὴς καταειμένος· ἐν δέ οἱ ἀκταὶ
ἀμφίδυμοι κεῖνται δ' ὕπερ ὕδατος Αἰσήποιο·
Ἄρκτων μιν καλέουσιν ὄρος περιναιετάοντες.

Primo quidem loco paucis verbis de Merkelii coniectura disseram quam proposuit in adnotatione critica ad hunc locum facta, cui assensus est Aloisius Rzachius Grammat. Studien zu Apollon. Rhod. Wien 1878 p. 112, Abhdl. d. Wiener Acad. Bd. 69 p. 538. Putat enim Merkelius locum de quo agitur conferendum esse cum Homer. *E* 306:

τῷ βάλεν Αἰνείαο κατ' ἰσχίον, ἔνθα τε μηρὸς
ἰσχίῳ ἐνστρέφεται, κοτύλην δέ τέ μιν καλέουσιν.

quo loco neutrius generis esse pronomen *μίν*, non quod ad nomen aliquod neutrins generis pertineat, sed quia in universum dictum sit, ita ut in vernacula lingua respondcat ‚es' vel ‚das': *κοτύλη* nennen das die Leute. Sed paullo differre locus Apollonianus ab Homerico mihi videtur, quod apud Homerum nomen non exstat in verbis antecedentibus, ad quod referatur *μίν*, sed id quod hac voce significatur supra pluribus verbis explicatum erat: *κοτύλη κατ' ἰσχίον ἔνθα τε μηρὸς ἰσχίῳ ἐνστρέφεται*, cum in loco Apolloniano nomina exstent ad quae pertineat *μιν* atque id tantum in dubio relinquatur, ad utrum nomen referatur, ad *νῆσος* in v. 936 an ad *ἀκταί* in v. 940. Scholiastae quidem verba ad v. 941 exstantia quia in recensionem scholiorum ab H. Keilio non recepta sunt, nihil valent. Sed si quis sua sponte *μιν* ad insulam ipsam v. 939 commemoratam referendum esse putat, eiusmodi interpretationi id ipsum obstare iam a Wellauero monitum est quod insula teste Steph. Byz. s. v. *Ἄρκτων νῆσος* et *Κύζικος*

vocata esset *Ἄρκτων νῆσος*, quod nomen accepisset ab altera ripa in qua fuisset mons *Ἄρκτων ὄρος* appellatus. Si igitur sola voce *Ἄρκτων* insula significaretur, dilucidum non esset Apollonium illis versibus originem nominis insulae exponere; habuit autem sine dubio in animo demonstrare, unde nomen *Ἄρκτων* accepisset insula. Quod ut faceret, necesse erat eum dicere alteram partem insulae monte ocupatam fuisse, quem *Ἄρκτων* nominarent incolae. Wellauerus igitur Brunckio assensus versus quosdam ante v. 941 excidisse arbitratur, in quibus *ὄρος* vox fuisset, ad quam referri posset pronomen *μιν*. Lacunam autem statuere supervacaneum est, dummodo ad eam vocem referamus *μιν* quae pro *ὄρος* a Wellauero et Brunckio exoptato paullo ante posita erat, *ἀκταὶ ἀμφίδυμοι*, ita ut accusativus sit pluralis pro *αὐτάς* adhibitus. Nullo igitur alio consilio nisi ut locum de quo agitur ita interpretemur, ut id quod in animo habebat dicere Appollonius, dilucidum sit, *μιν* pluralis significatione positum esse nobis putandum est. Neque video, quid obstet, quo minus apud Apollonium, hominem in pronominum usu tam saepe rariorum rerum studiosum, hoc ita esse malimus quam lacunam statuere.

> *B8 καὶ δὲ τότε προτι νῆα κιὼν* (sc. *Ἄμυκος*) *χρειώ μιν ἐρέσθαι ναυτιλίης, οἵ τ' εἶεν, ὑπερ βασίῃσιν ἄτισσεν.*

In verbis scholii ad hunc locum exstantibus duorum interpretum explicationes latere mihi videntur, alterius qui *μιν* pluralem esse adnotaverat his verbis: *τό μὶν ἑνικὸν ἀντὶ πληθυντικοῦ, αὐτοὺς τοὺς ἥρωας*, alterius qui *μιν* etiam ad subiectum participii et verbi finiti *ἄτισσεν* referri posse putaverat his verbis: *δύναται δὲ καὶ ἑνικὸν εἶναι, ἵνα περὶ τοῦ Ἀμύκου λάβωμεν. Ἔδει γὰρ αὐτὸν τὸν Ἄμυκον ἐρωτῆσαι τοὺς ἥρωας. Ὁ δὲ Θεόκριτος ἄλλως ἱστόρησεν.* His ipsis verbis *ὁ δὲ Θ. ἀ. ἱ.* alter scholiasta ad alterius verba remittere nos videtur. Wellauerus, pronomen *μίν* pro accusativo pluralis habuit, cum *μίν* reciperet in textum contra codd. Reg. A. C. Vind. *χρειὼ μὲν* lectionem, quam ex correctione grammaticorum *μίν* pro *αὐτούς* positum

improbantium ortam esse arbitratur. Neque equidem dubito, quin pronomine μίν nostro loco pluralis significetur, nam etsi verba illa χρειὼ μιν ἐρέσθαι per se ipsa posita esse possunt pro ἔδει αὐτὸν ἐρωτῆσαι, tamen in contextu totius periodi ei ex quibus quaerendum erat omitti nullo mode poterant, praesertim cum obiectum de ἄτισσεν pendens non significatum esset, nam de eo, cui esset interrogandum, dubitari non poterat.

Quarl Hillero qui in recensione carminum Eratosthenis p. 12 alterius schotiastae explicationem quam falsissimam esse putat, facere non possum, quin assentiar (cf. etiam Rzach l. l. p 535). An quis est qui Amycum ipsum interrogare heroas (αὐτὸν τὸν Ἄμυκον ἐρωτῆσαι τοὺς ἥρωας) ipsis verbis adiciendum fuisse arbitretur? Quare alter etiam locus quo de significatione pronominis μίν dubitari poterat, recte intelligi non potest nisi pronomen pluralem esse putamus.

Δ 1207 (inde av. 1204):

τῷ καὶ ὅτ' ἠλεμάτως Κόλχοι μάθον ἀντιόωντες,
καί σφεας ἠὲ θέμιστας ἑὰς εἴρυσθαι ἄνωγεν,
ἢ λιμένων γαίης τ' ἄπο τηλόθι νῆας ἐέργειν,
δὴ τότε μιν βασιλῆος ἑοῦ τρομέοντας ἐνιπὰς
δέχθαι μειλέξαντο συνήμονας.

Sic non legitur nisi in codice Guelferbitano et in Laurentiano 16., cum in eo Laurentiano qui summae auctoritatis est, δὴ τότε δὴ legatur et in τρομέοντας literae ας in rasura sint (et esset multo facilius intellectu, si legeretur τρομέοντες, quod habet Merkelius in editione minore 1852 et in recentissima Lips. 1882). Illo loco si μίν pluralis putatur, non tam pro αὐτούς quam pro σφᾶς αὐτούς positum est quod multo facilius tolerari posse ex eis quae infra in universum de usu singularis pro plurali dicemus, intellegetur. Scholia ad hunc locum nulla exstant. Wellauerus recepit μιν, quod in codice Florentino omissum a librario atque in codice Laurentiano cum iterato δή commutatum esse propter id ipsum e videtur quod pluralem significaret.

Quamquam concedit Wellauerus posse etiam singularem

esse *μιν* ad Alcinoum referendum ita ut a *μειλίξαντο* pendeat. Sed hanc alteram explicationem plane reiciendam esse puto. Nam si ex duobus illis obiectis quorum alterum de *μειλίξαντο* pendet, de *δέχθαι* alterum, non plus uno adesse potest, id quod ad *μειλίξαντο* referendum est, omissum non exoptatur, cum accusativo a *δέχθαι* pendente omisso obscurius sit quod in animo fuerit Apollonio dicere quam ut intellegatur.

Deinde in Eratosthenis carminum reliquiis duo loci inveninutur quibus Hillerus *μιν* non singularem significare optimo iure contendit. Uterque locus in carminis quod *Ἑρμῆς* inscribitur fragmentis exstat. Frgm. IV. (Hiller p. 10):

φωριαμὸν δ'ὀνόμηναν ὅ μιν κύθε φώριον ἄγρην·
ἐκ τοῦ φωριαμὸς κεκλήσεται ἀνθρώποισιν.

Vocis *φωριαμός* sc. *ἐσθής* etymologia explicatur ab Eratosthene ita ut *φωριαμός* inde vocatam esse vestem dicat, quod Mercurius infans matri suae eiusque sororibus cum lavarentur, furatus essset. Hoc autem modo, si ad vestitum (*ἐσθῆτα*) *μίν* refertur, appositioni eius, *φώριον ἄγρην*, vis consecutiva tribuitur: „ita ut *φώριος ἄγρη* fieret“, quem sensum in verbis Eratosthenis latere vix intellegitur. At explicatio ea quam proposuit Hillerus, difficultatem optime tollit; conicit enim cum voce *κεύθεν* praeter accusativrm *φώριον ἄγρην*, quo vestimenta significantur, accusativum personae coniunctum esse ut est Hom. *γ* 187. Apollon. Rhod. *Γ* 332. *Δ* 1105, ita ut pronomen *μιν* ad sebiect um verbi *ὀνόμηναν* i. e. ad pluralem spectet.

Frgm. XIX, 15 (Hiller p. 56—57) inde a v. 12:

δοιαὶ δ'ἄλλαι ἔασιν ἐναντίαι ἀλλήλαισι
μεσσηγὺς θέρεός τε καὶ ὑετίου κρυστάλλου
ἄμφω εὔκρατοί τε καὶ ὄμπνιον αὐδήσκουσαι
καρπὸν Ἐλευσινίης Δημήτερος· ἐν δέ μιν ἄνδρες
ἀντίποδες ναίουσιν.

Hoc loco quam maxime dilucidum est *μιν* ad dualem *ἄμφω* vel ad pluralem *δοιαὶ δ'ἄλλαι* in v. 12 referendum esse. Nam cogitari non potest ad vocem *γαῖα* vel similem pertinere

quae in sedecim fragmenti versibus ipsis non exstat, sed in superioribus fuisse videtur. Ad quam etsi pronomen *οἱ* in v. 1 totius fragmenti referri potest: *πέντε δέ οἱ ζῶναι περιειλάδες ἐσπείρηντο*, tamen spatium inter pronomen *μιν* et illud substantivum maius est quam at huc pertinere possit. Sensus igitur totius loci facilius perspicitur, si pro plurali vel duali numero habemus *μιν*.

Tum Genitivi casus unum exstat exemplum, in quo singularis pro plurali positus est, apud Apollonium Δ 279 *οἳ δή τοι γραπτῦς πατέρων ἕθεν εἰρύονται.* Quo in loco apparet *ἕθεν* ad subiectum in plurali numero positum, *οἵ*, referendum esse. Sed hoc ipso quod ad eiusdem enuntiationis subiectum pertinet pronomen, commutatio numerum facilius excusatur, quia hoc modo relatio reflexiva est, pronomina autem reflexivi munere fungentia ad quamcumque personam cuiuslibet numeri referri posse infra videbimus.

Jam quaeramus, quomodo fieri potuerit, ut pronomen singularis numeri pro pluralis pronomine adhiberent poetae Alexandrini. Atque primum quidem hoc dicendum est in carminibus poetarum aetatis Alexandrina superioris pronomen *μιν* eodem illo modo quo ab Apollonio et ab Eratosthene nusquam adhibitum esse. Sed exstat simile aliquid quo comparari potest usus Alexandrinorum primum in locis quibusdam Homericis ubi *μιν* ad pluralia nomina pertinere videtur deinde in usu eius formae eiusdem pronominis, quae proprie Dorica appellatur, *νιν*. Apud Homerum exstat ϱ 268 (inde a v. 264):

Εὔμαι' ἦ μάλα δὴ τάδε δώματα καλ' Ὀδυσῆος
ῥεῖα δ' ἀρίγνωτ' ἐστὶ καὶ ἐν πολλοῖσιν ἰδέσθαι
ἐξ ἑτέρων ἕτερ' ἐστίν, ἐπήσκηπται δέ οἱ αὐλὴ
τοίχῳ καὶ θριγκοῖσι, θύραι δ' εὐερκέες εἰσὶν
δικλίδες· οὐκ ἄν τίς μιν ἀνὴρ ὑπεροπλίσσαιτο

κ 212 (inde a. v. 210):

εὗρον δ' ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα Κίρκης,
ξεστοῖσιν λάεσσι, περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ
ἀμφὶ δέ μιν λύκοι ἦσαν ὀρέστεροι ἠδὲ λέοντες.

Utroque loco apparet *μιν οἱ* ϱ 266 ad *δώματα* pertinere, sed velim animadvertas utroque loco vocem *δώματα* etsi pluralis est, tamen quod e contextu totius loci perspicitur, singulas tantum partes eiusdem rei significare, nam et ϱ 264 et κ 210 *δώματα* vocabulo una sola domus significatur, illic Ulixis, hic Circes, re vəra igitur pronomen *μιν* apud Homerum non ad plures res, sed ad unam solam refertur, quae nomine quodam substantivo numeri pluralis expressa est. Deinde apud eos poetas pui forma Dorica *νιν* utuntur, lyricos dico et tragicos, pronomen etiam ad plures res pertinet. Atque e tragicis quidam, quos usum illum saepissime secutos esse notum est, exempla adferre non necesse est (exstant ad unum paene omnia collecta in Ellendtii Lexico Sophocleo ed. altera (H. Genthe) Berl. 1867—1872 s. v. *νιν*), e lyricis autem adferam Pindari Nem. IV, 3:

Ἄριστος εὐφροσύνα πόνων κεκριμένων
ἰατρός· αἱ δὲ σοφαὶ
Μοισᾶν θύγατρες ἀοιδαὶ θέλξαν νιν ἁπτόμεναι
οὐδὲ θερμοὶ ὕδωρ τόσοι γε κτλ.

Pronomine *νιν* nihil aliud nisi *πόνοι* in v. 1. singnificari primo obtutu apparet. Huc accedunt duo loci quos Apollonius Dyscolus De pron. p. 108 A eo ipso consilio adfert, ut usum illum pronominum illustret, quamquam nomina ipsa, ad quae referenda sunt pronomina, non adscribit: Pind. Isthm. fragm. 3 *ὅστις δὴ τρόπος ἐξεκύλισέ νιν.* Bacchylid. frgm. 8 (Bergk poet. lyr. Gr. III, 1228) *προσφωνεῖτέ νιν ἐπὶ νίκας.* Eodem loco Apollonius Dyscolus usum pronominis *νιν* pro plurali adhibiti ex ipsis illis locis Homericis luxisse arbitratur his verbis usus: *ἔτι καὶ ἡ νιν τάσσεται ἐπὶ πλήθους*— sequuntur exempla e Pindaro et Bacchylide sumpta — *καὶ πλεῖστα ἄλλα· ὁ δὲ πλάνος τῆς τοιαύτης ἀφορμῆς ἴσως ἐῤῥύη ἐκ* — sequuntur loci Homerici praeter ϱ 268 et κ 212 etiam *P* 399.

οὐδέ κ' Ἄρης λαοσσόος οὐδέ κ' Ἀθήνη
τόν γε ἰδοῦσ' ὀνόσαιτ', οὐδ' εἰ μάλα μιν χόλος ἵκοι.

Sed hunc locum iniuria ab Apollonio adferri iam Hille-

rus vidit Eratosthen. p 12, pertinet enim *μιν* ad Minervam solam, non ad Martem et Minervam.

Usum illum pronominis *νιν* etsi veri non est dissimile a poetis lyricis Homericos locos sequentibus adhibitum esse, tamen equidem putaverim translucere in eo pristinam illam vim quae eidem pronomini in lingua Sanscrita tributa est. Hic enim pronomen hīm promiscue pro accusativo et singularis et pluralis numeri adhibetur atque ipsa illa de qua agimus significatione anaphorica, non reflexiva (v. Wackernagel in Kuhn's Zeitschrift XXIV, p 660 sqq.). Pronomen autem Graecae linguae *μιν* vel *νιν* ex eadem stirpe qua forma Sanscrita fluxit. In epicis autem Graecorum carminibus (quod intellegitur ex Homero) genuina vis pronominis *μιν* adeo est diminuta, ut tantum ad singularia nomina aut ad talia pluralia referri possit, quae singulas partes eiusdem rei significant ut *δώματα*, cum in lyricae poeseos pronomine *νιν* maior vis conservata sit. Deinde posteriores poetas, Alexandrinae dico aetatis, ampliorem usum formae *νιν* ad eam etiam transtulisse, cui iam ablatus esset, veri est simillimum. Atque maxime hoc fecisse Apollonium Rhodium credibile est, quod ei etiam in hoc loco exemplum exstabat in Zenodeti recensione carminum Homericorum. Zenodotus enim, si verba respicimus scholiastae ad *Κ* 217 (Aristonic.) *ἵνα γάρ σφιν ἐπέφραδον ἡγερέθεσθαι μιν* pro *σφεας* nullo discrimine dici posse putaverat: *ὅτι Ζηνόδοτος γράφει μιν. ἔστι δὲ ἑνικὸν τὸ μιν· βούλεται δὲ ὁ ποιητὴς διὰ τοῦ σφιν σημῆναι αὐτοῖς* (cf. Hiller Eratosth. p 12). Neque praetermittam uno solo loco a G. Hermanno quidem spurio habito in carminibus aetatis superioris accus. sing. pron. poss. sed eius formae quae a stirpe sva-derivanda ut reflexiva ad omnes numeros referri poterat, *ἕ*, ad nomina in plurali posita pertinere posse, hym. Homer. in Vener. IV, 267 (inde a v. 264):

τῇσι δ' ἅμ' ἢ ἐλάται ἠὲ δρύες ὑψικάρηνοι
γεινομένῃσιν ἔφυσαν ἐπὶ χθονὶ βωτιανείρῃ,
καλοὶ τηλεθάουσαι, ἐν οὔρεσιν ὑψηλοῖσιν·

ἑστᾶσ' ἠλίβατοι· τεμένη δέ ἑ κικλήσκουσιν
ἀθανάτων.

Cum vero hoc loco *ἑ* non tam ad *ἐλάται ἠὲ δρύες ὑψικάρηνοι κτλ.* ipsas referendum sit quam ad totum locum quem occupant, hic enim *τεμένη* vocabatur, non repugnabo, si quis eam explicationem adhibitam esse voluerit qua Merkelinum Apoll. A. 941 utendum esse putare supra demonstravimus p. 20 collato loco Homerico E. 306. Restat, ut loci cuiusdam mentionem faciamus, in quo dubitari potest, num pronomen *οἱ* ad nomen plurale referatur, Hesiod. Oper. et Dies 532 (inde a v. 529).:

καὶ τότε δὴ κεραοὶ καὶ νήκεροι ὑληκοῖται
λυγρὸν μυλιόωντες ἀνὰ δρία βησσήεντα
φεύγουσιν· καὶ πᾶσιν ἐνι φρεσὶ τοῦτο μέμηλεν
οἳ σκέπα μαιόμενοι πυκινοὺς κευθμῶνας ἔχουσιν,
καὶ γλαφὺ πετρῆεν.

Pronomen relativum *οἵ* hoc loco tolerari non potest, nam sententiam inde a *σκέπα μαιόμενοι* incipientem principalem esse necesse est neque secundariam quae illi a *καὶ τότε* incipienti adiecta sit. Qua de causa Hermannus Opusc. VI, 1, 240 *οἵ* coniecit i. e. *ἐκεῖσε οὗ* ita ut sensus efficiatur *φεύγουσιν ἐκεῖσε οὗ . . . κευθμῶνας ἔχουσιν* et verba *καὶ πᾶσιν ἐνι φρεσὶ τοῦτο μέμηλεν* sententia sint intercalata. Quod haud scio an probabilius sit quam quod Brugmanus ‚Ein Problem der Homer. Textkrit.' p. 19 coniecit pronomen *οἵ* pluralem esse ad subiectum verborum *φεύγουσι* et *ἔχουσιν* referendum ratus, ita ut *οἵ μαιόμενοι* esset ‚sibi quaerentes', nam dubito, num asyndeton quod illa coniectura exsistit tolerari possit.

β) De plurali numero pro singulari posito.

In hac re tractanda 3. pers. pronomina a 1. et 2. separanda esse per se intellegitur. Nam *ἡμεῖς* pro *ἐγώ* vel ceteros casus plur. pro sing. casibus saepissime adhiberi ab omnibus poetis notissimum est. Quamquam idem etiam in 2. pers. pronominibus usitatum fuisse apud Graecos non crediderim. Nam apud Homerum et tragicos poetas et lyricos aetatis

superioris exempla nulla exstant. Apud Alexandrinos autem nonnulla inveniuntur. Theocr. XV, 4 *μόλις ὔμμιν ἐσώθην, Πραξινόα* verba sunt Gorgus ad Praxinoam solam dicta praesente quidem ancilla Eunoa. Apoll. *Γ* 727 *χαλκιόπη, ὡς ὔμμι φίλον τερπνόν τε τέτυκται, ὣς ἔρξω*, quibus verbis Medea sororem adloquitur. *Γ* 988 *οὐ γὰρ ἄνευθεν ὑμείων στονόεντος ὑπέρτερος ἔσσομ' ἀέθλου.* Iasonis sunt verba ad Medeam solam dicta. Quod vero Callim. hym. IV, 204 legitur *Ἥρη, τοῦτό με ῥέξον, ὅ τοι φίλον, οὐ γὰρ ἀπειλὰς ὑμετέρας ἐφύλαξα* et IV, 227 *ἀλλά, φίλη, δύνασαι γάρ, ἀμύνειν, πότνια, δούλοις ὑμετέροις* ita interpretandum puto, ut, quamquam Iuno sola est ea ad quam loquitur Iris, tamen de omnibus dis dici possint, quae de illa dicuntur. Alium autem locum, Callim. frgm. 71,4 ad eiusmodi locorum similitudinem spectare quales Lobeckius ad Aiacem Sophocleum v. 191 attulisset ut Hom. *τ* 98. Soph. Oed. Col. 1104. Iph. Aul. 1368, quibus locis e pluribus personis antea commemoratis una sola apellatur, cum verba ipsa ad omnes reliquas pertineant, iam a Schneidero observatum est Callemachea II p. 226. — In loco illo Theocriteo XV, 4 facillime perspicitur sermonem vulgarem imitari voluisse poetam, cuius exempla in carmine XV. plurima exstant. Idem etiam de duobus locis Apollonianis dicendum puto, nam in colloquiis etiam Apollonius interdum ab elocutione epico carmini propria recedit.

Iam ad 3. pers. pronomina nos vertamus, ut, quibus locis pluralis pro singulari adhibitus inveniatur, videamus. Apollonius *σφίν* pro *οἷ* usus est *Γ* 1238 (inde a v. 1234):

> *ἂν δὲ καὶ αὐτὸς* (sc. *Αἰήτης*)
> *βήσατο ῥυτῆράς τε χεροῖν ἔχεν, ἐκ δὲ πόληος*
> *ἤλασεν εὐρεῖαν κατ' ἀμαξιτὸν ὥς κεν ἀέθλῳ*
> *παρσταίη σὺν δέ σφιν ἀπείριτος ἔσσυτο λαός.*

hoc loco *σφιν* ad *αὐτός* spectat neque ad Aeeten et Phaëthontem, nam hunc quoque in currum ascendisse et urbem reliquisse nusquam dicitur, sed tantum currum eum paratum habuisse, ut pater ascenderet. Deinde apud Callimachum *σφε* = *αὐτήν* invenitur hym. III, 197 (inde a. v. 195):

μέσφ᾽ ὅτι μαρπτομένη καὶ δὴ σχεδὸν ἥλατο πόντον
πρηόνος ἐξ ὑπάτοιο καὶ ἔνθορεν εἰς ἁλιήων
δίκτυα τά σφ᾽ ἐσάωσαν.

hym IV, 15 (inde a, v, 12):

κείνη δ᾽ ἠνεμόεσσα κατάτροπος, οἷά θ᾽ ἁλιπλὴξ
αἰθυίης καὶ μᾶλλον ἐπίδρομος ἠέπερ ἵπποις
πόντῳ ἐνεστήρικται· ὁ δ᾽ ἀμφί ἑ πουλὺς ἑλίσσων
Ἰκαρίου πολλὴν ἀπομάσσεται ὕδατος ἄχνην,
τῷ σφε καὶ ἰχθυβολῆες ἁλίπλοοι ἐννάσαντο.

Utroque loco dubium non est, quin *σφε* ad subiectum feminini generis in singulari positum pertineat, priore ad *μαρπτομένη*, posteriore ad *κείνη*. Coniectura autem pronomen plur. pro singulari restitui minime probandum est. Quare a Schneidero hym. I, 12, ubi *οὐδέ τέ μιν ἐπιμίσγεται* codices praebent, Meinekianum illud *φιν*, i. e. Laconicam formam pronominis *σφιν*, pro *αὐτῷ* positum iure reicitur, praesertim cum *φιν* neque a Callimacho neque a Nicandro nisi metri necessitate coactis adhibitum sit (v. Schneider Excurs. ad Callim. hym 1,4). Neque minus assentiendum est eidem viro clarissimo, quod in Callim. Epigr. XXXIX, 4, ubi *μίτρην ἢ μαστοὺς ἐφίλησε* exstat in codicibus, Meinekii coniecturam *σφιν ἔδησε* i. e. *αὐτῇ ἔδησε* non recepit, *μαστοὺς ἐφίλησε* satis Horatiano illo, ‚amatque ianua limen' defendi ratus.

Ad usum pronominum eum de quo agimus illustandum e re fore arbitror, si apud poetam illum Alexandrinum a quo solo iambi tragoediarum ritu compositi nobis traditisunt, Lycophronem Chalcidensem, duos locos exstare, in *σκοτεινῷ* illo *ποιήματι*, Alexandra, monuero, huc referendos. Nam hoc modo magis etiam commutationem pronominum singularis cum pluralis pronominibus aetate Alexandrina haud ita inusitatum fuisse elucebit. Invenitur enim v. 1196 (inde a v. 1194):

ἀλλ᾽ ἄξειαι (sc. *Ζεύς*) *σε πρὸς γενεθλίαν πλάκα,*
τὴν ἐξόχως Γραικοῖσιν ἐξυμνημένην,
ὅπου σφε μήτηρ ἡ πάλης ἐμπείραμος
τὴν πρόσθ᾽ ἄνασσαν ἐμβαλοῦσα Ταρτάρῳ
ὠδῖνας ἐξέλυσε λαθραίας γονῆς.

Apparet σφι ad subiectum verbi ἄξεται i. e. ad singularem vocem, Jovem pertinere.

v. 1242 (inde a v. 1238):

ἐκ δ' Ἀλμωπίας
παλιμπλανήτην δέξεται Τυρσηνία
Λυγκεύς τε θερμῶν ῥεῖθρον ἐκβράσσων ποτῶν
καὶ Πῖσ' Ἀγύλλης θ' αἱ πολύρρηνοι νάπαι.
σὺν δέ σφι μίξει φίλιον ἐχθρὸς ὢν στρατόν,
ὅρκοις κρατήσας καὶ λιταῖς γουνασμάτων.

Perspicitur σφι ad παλιμπλανήτην i. e. Ulixem referendum esse, cui occurri dicitur ille ἐχθρὸς ὢν i. e. Aeneas.

Eiusmodi usus apud Homerum quidem nulla exstant exempla sed in Scuto Herculis, carmine spurio Hasiodo adscripto, in hymnis Homericis, apud Pindarum quae sequuntur.

Pseud. Hesiod. Scut. Herc. v. 113 (verba sunt Jolai, Iphiclis filii, ad Herculem patruum dicta) inde a v. 108:

ἀλλ' ἄγε δύσεο τεύχε' ἀρήϊα, ὄφρα τάχιστα
δίφρους ἐμπελάσαντες Ἄρηός θ' ἡμέτερόντε
μαρνώμεσθ' ἐπεὶ οὔτοι ἀτάρβητον Διὸς υἱὸν
οὐδ' Ἰφικλείδην δειδίξεται, ἀλλά μιν οἴω
φεύξεσθαι δύο παῖδας ἀμύμονας Ἀλκείδαο,
οἵ δή σφι σχεδὸν εἰσι, λιλαιόμενοι πολέμοιο
φυλόπιδα στήσειν, τά σφιν πολὺ φίλτερα θάνης.

Hoc loco aut μιν v.111 pro plurali habendum est aut σφ v. 113 pro singulari, nam utrumque pronomen ad eunde hominem pertinent. Quod ipsi illi qui σφιν pluralem es putabant praetermisisse videntur (Beyer De notione muta pronominum ἕ σφέ σφιν cet. Neustettin. Gym. Prog. 1. 187 p. 18); mulo autem facilius ad Martem solum v. 109 comme moratum quam et ad Martem et ad Cycnum, cuius ampliu diutius a poeta mentio non facta est.

Tum Hom. hym. XIX, 19 (inde a v. 12):

πολλάκι δ' ἀργινόεντα διέδραμεν (sc. Πᾶν), οὔρεα μακρά,
πολλάκι δ' ἐν κνημοῖσι διήλασε θῆρας ἐναίρων,
ὀξέα δερκόμενος. . . . .

v. 19:

σὺν δέ σφιν τότε Νύμφαι ὀρεστιάδες λιγύμολποι
φοιτῶσι πύκα ποσσὶν ἐπὶ κρήνῃ μελανύδρῳ
μέλπονται κορυφὴν δὲ περιστένει οὔρεος ἠχώ.

Hoc loco *σφιν* pertinet ad Pana in vv. 5—14 commemoratum, quibus in versibus ipse subiectum est, non ad *Νύμφαι* in v. 19 ita ut sit *σὺν δέ σφιν τότε Νύμφαι* pro *σὺν ἀλλήλαις*. — Hom. hym. XXX, 9 nomen in singulari numero positum ad quod *σφιν* refertur, tale est, ut unum tantum hominem significet ex eis omnibus qui eiusdem naturae participes sunt:

ὁ δ' ὄλβιος, ὅν κε σὺ θυμῷ
πρόφρων τιμήσεις· τῷ δ' ἄφθονα πάντα πάρεστι·
βρίθει μέν σφιν ἄρουρα φερέσβιος κτλ.

hic *σφιν* ad unumquemque eorum referendum esse qui *ὄλβιοι* appellantur, eo etiam comprobatur, quod sequitur v. 11—12 *αὐτοὶ δὲ . . . κοιρανέουσ'*. Denique in Pindari Isthm. V, 108 (VI, 74 Bergk) invenitur inde a v. 72:

φαίης κέ νιν ἀνδράσιν ἀεθληταῖσιν ἔμμεν
Ναξίαν πέτραις ἐν ἄλλαις χαλκοδάμαντ' ἀκόναν.
πίσω σφε Δίρκας ἁγνὸν ὕδωρ, τὸ βαθύζωνοι κόραι
χρυσοπέπλου Μναμοσύνας ἀνέτειλαν παρ' εὐτειχέσιν Κάδμου πύλαις.

Pronomen *σφε* ad *ἀκόναν* pertinere Dammio (Lex. Pind. p 314 c) minime concesserim, immo ad eundem virum qui pronomine *νιν* significatur v. 72, Lampronem, referendum esse putaverim. Quod veri est multo similius quam et ad Lampronem et ad filios eius v. 68 commemoratos pronomen rettulisse Pindarum. Hanc enim interpretationem, ut pluralis significatio pronominis retineatur, proponit Rumpelius in Lex. Pindar p. 375b. Atque singularem illo loco apliorem esse quam pluralem etiam Bergkius putavit, cum varia lectione Etym. Magn. et Cram. Anecd. Paris. *γε* adlata fortasse *ἑ* vel *γγε* legendum esse coniceret.

Maxime antem Alexandrini poetae usum illum pronominum *σφιν* et *σφε* Atticis debent poetis, Aeschylo, Sophocli,

Euripidi, qui plurimis locis σφιν et σφε pro singulari adhibent. e. c. adferam σφιν-αὐτῷ Sophocl. Oed. Col. 1490. σφε-αὐτόν Aesch. Pers. 198, Sophocl. Ant. 516. Eurip. Alcm. 200 (collegit exempla omnia huc pertinentia I. Rappold Das Reflexiv pron. bei Aesch. Soph. Eur. Klagenfurt 1873).

Atque Lycophronem quidem usum tragicorum imitatum esse minime mirabimur, cum et metro et elocutione tragicorum exemplum sequi eum voluisse quam maxime appareat. Neque minus Callimachus e tragicis poetis ipsis usum illum pronominis σφε sumpsit atque ex Aeschylo quidem quem tam multis locis secutum esse eum et in formis et in significationibus vocabulorum doctissime atque sagacissime demonstravit Schneiderus in recensione reliquiarum Callimachearum (v. Callimachea I, p 164. 178. 282. 238. 318. 321. 333. 353. 414. II, 47. 385. 441. 448. Apollonium denique semel etiam loco supra adlato Γ 1238 σφι pro αὐτῷ adhibuisse eo minus mirabimur, cum praeter exempla poetarum aetatis superioris inter poetas suae ipsius aetatis iam apud Lycophronem et Callimachum illum usum inveniret.

Pronomina σφιν et σφε de quibus modo egimus, quomodo omnino fieri potuerit, ut singularis vices explerent, quaerentibus nobis haud scio an haec obferri. possit explicatio. Quaecumque pronomina a stirpe sva derivanda sunt, cum in aliis linguis Indogermanicis tum in Graeca, quod infra demonstrabitur, et ad singularem referri potuerunt et ad pluralem quia genuina eorum vis nulla alia fuerat nisi reflexiva (v. Windisch in Curt. Stud. II, 329, sq. Brugman l. l. p. 11 sq. Delbrüch Synt. Forsch. IV, 134 sq.)

Postea ubi vis anaphorica a vi reflexiva separata est, singulis numeris singulae pronominis formae tributae sunt. Quare quod quaedam pronominis formae ubi anaphorice positae sunt, ad alium atque ad genuinum numerum suum pertinent, hanc vim ex illo tempore quo tantum reflexive adhibitae erant, retinuerant. Atque inter Graecas quidem

dialectos in una pronomen accusativi pluralis haud ita raro singularis munere fungi potuisse e nota quadam Hesychiana perspicitur in qua Dorica forma Syracusis usitata ψε poni solere dicitur pro αὐτοὺς αὐτὰς αὐτόν αὐτήν αὐτό. Rursus igitur in ea dialecto quae multo saepius in lyricis quam in ceteris generibus adhibebatur antiquiorem pronominis vim conservatum videmus.

b) De mutatis casibus.

In carmine Theocriteo undecimo tribus locis pronomen τιν non dativum significat, sed accusativum.

v. 39: τὶν τὸ φίλον γλυκύμαλον ἁμᾷ κἠμαυτὸν ἀείδων.

v. 55: ὡς κατέδυν ποτὶ τὶν καὶ τὰν χέρα τεῦς ἐφίλησα.

v. 68: οὐδὲν πήποχ' ὅλως ποτὲ τὶν φίλον εἶπεν ὑπέρ μευ.

Ex his locis in v. 55 τιν si dativus esset, haud ita inusitate dictum esset; nam verba movendi persaepe eandem structuram sequi quam verba quiescendi in lingua Graeca notissimum est (cf. βάλλειν ποτὶ γαίῃ, ποτὶ πέτρῃ apud Homerum). At duobus reliquis locis accusativus postulatur, priore quod τιν eodem mode quo κἠμαυτόν obiectum est de ἀείδων pendens, posteriore quia εἰπεῖν πρὸς nullo modo cum dativo coniungi potest. Praeter locos illos Theocritos autem commutationis alterius cāsus cum altero apud Alexandrinos exemplum nullum exstat. Nam quod Callim. epigr. LIX coniciente Heckero Τίν, ξένος ὦ ναυηγέ Λεόντιχος ἐνθάδε νεκρὸν εὗρε κτλ legitur, cum codices τὶς, ξένος ὦ ναυηγέ κτλ. exhibeant, coniectura ipsa ne forma singularis atque inusitata restituatur, Schneiderus monet, qui τίς, ξένος ὦ ναυηγέ Λεόντιχος ἔνθα σε νεκρὸν εὗρε conicit. Jam in explicando illo accusativo τιν nolim equidem cum Kühnero facere qui Grammat. I, 457 aperte errasse Theocritum putat, cum analogia accusativorum μιν et νιν adductus etiam τιν ut accusativum adhiberet. Nam exstant praeterea in quibusdam Graecae linguae dialectis accusativi in — ιν exeuntes. Primum Apollonius Dyscolus ipsum illud τιν apud Corinnam accusativum fuisse dicit. De pron. p. 105

B: *τίθεται παρὰ Κορίννῃ καὶ ἐπ' αἰτιατικῆς ἐν Κατάπλῳ· οὐ. γάρ τὶν ὀφθονερὸς δαίμων ἀντὶ τοῦ σε καὶ ὡς κατ' ἐναλλαγὴν πτώσεως.* Deinde apud Pindarum quem aliqua necessitudine Corinnae adiunctum fuisse compertum habemus, exstat Pyth. XIII. 97 (68 Bergk)

ὦναξ ἑκόντι δὴ εὔχομαι νόῳ
κατὰ τὶν ἁρμονίαι βλέπειν
ἀμφ' ἕκαστον ὅσα νέμομαι.

Pauwius hoc loco pro *τιν'* i. e. *τινα* quod codd. et scholiasta primus exhibent, coniecit *τίν*. Bergkius autem etsi *τινα* dithyramborum poetae illo loco minime aptum esse concedit, tamen *τίν* propter insolitam pronominis significationem non in textum recepit.

Tum apud eandem illam Corinnam et apud Antimachum *ἑΐν* pro accusativo fuisse dicit Apollon. Dyscol. De pron. p. 106 B: *ἔστι καὶ ἡ 'ΕΪΝ ἀπὸ τῆς τεΐν παρὰ Κορίννῃ καὶ Ἀντιμάχῳ ἐπ' αἰτιατικῆς ἔσθ' ὅτε παραλαμβανομένη.*

Codices quidem *ἐπὶ δοτικῆς* exhibent, sed plurimus viris doctis assensus Bekkeri coniecturam *ἐπ' αἰτιατικῆς* accipiendam puto, quia omnia illa verba inde ab *ἐπί* exstantia plane superflua essent, si in eo casu adhibitum esse pronomen *ἑΐν* eicere voluisset Apollonius, cui haud scio an sit nemo qui non tribuat, dativo.

Neque inuria hanc formam *ἑΐν* cum sim et him Sanscritae linguae conferre mihi videtur Wackernagel loco iam supra adlato p. 26. Nam ei pronomini quod in lingua Avestae eandem vim habet quam hīm, hē, et genetivi et dativi et accusativi significatio attribuitur; neque reflexive adhibetur hē, sed anaphorice. Tum in glossa quadam Hesychiana *εἶν· ἀντωνυμία· ἐκεῖνος* Maxim. Schmidt pronominis ab eadem stirpe *ι* derivati accusativum latere arbitratur, quod perspiciatur, si pro *ἐκεῖνος* legatur *ἐκεῖνον*. Denique apud Hesychium s. v. *ἵν* vel *ἶν* exstat *ιν· αὐτῇ αὐτήν αὐτό Κύπριοι* quod Kühnerus I p. 458—459 recte pro *αὐτόν αὐτήν αὐτό* scriptum esse putare videtur.

Pronomen ἵν igitur vel ἵν Cyprii cum accusativi significatione adhibebant. Idem autem ἵν pro dativo positum exstat apud Hesiodem frgm. 204 ἵν δ' αὐτῷ apud Pindarum Pyth IV, 36 οὐδ' ἀπίθησέ ἱν, posteriore quidem loco ex coniectura Godofr. Hermanni ad Orph. 788. Quae cum ita sint, in accusativo Theocriteo τίν non mera analogia pronominum μιν et νιν latere mihi videtur, sed ex eis quae exposuimus, veri est simillimum pristinam vim pronominum conservatam esse qua et accusativi et dativi munere fungi possent.

c) Commutationis personarum

apud Apollonium Rhodium solum inveniuntur exempla. *Β* 637 ἕο ad 1. sing. *Β* 1281. *Γ* 908 σφίσιν ad 1. plur. *Δ* 893 *Γ* 99 ἑοῖ ad 1. et 2. sing. refertur. Omnibus autem his locis pronomina personalia vim habent reflexiam, quare in altero capite de eis agendum erit.

Caput II.

De pronomine reflexivo.

Pronomen reflexivum apud scriptorem Graecum qui tractaverit monere decet Graecos in eo quod reflexivum appellatum est a grammaticis; satis differre a Romanis aeque atque a nobis ipsis, hominibus Germanis, quorum sermo accuratus et politus, qualis in literis exstat, quantum debeat grammaticae Latinae, notissimum est. Quattuor autem rerum in tractandis pronominibus reflexivis ratio mihi habenda videtur. Primum enim quaerendum est, quibus locis personalia pronomina ipsa significatione reflexiva adhibita sint, deinde, quibus locis eis pronomen epitagmaticum αὐτός additum sit, tum, quibus αὐτός solum reflexivi munere fungatur, postremo, quibus composita pronomina ἐμαυτοῦ cet. admissa sint. Quattuor his rationibus propositis primum de usu pronominis

reflexivi apud singulos poetas Alexandrinos (collato usu Homerico) videamus, quid sit statuendum, deinde quibus in rebus in universum usus Alexandrinae aetatis differat ab Homerico usu.

Apollonius Rhodius.

1) Pro reflexivo quod ad subiectnm eiusdem enuntiationis pertinet, formae nudi pronominis personalis adhibentur quae sequuntur. *ἐμέθεν* *Δ* 30. *σεῖο* *Δ* 371. *ἡμέων* *B* 152. *ὑμείων* *A* 339. *ἕθεν* *A* 975. *Γ* 77.

Δ 279.* 1082. *εἷο* *B* 637.* *Δ* 460. *ἑοῖο* *Γ* 1334. *Δ* 1780. *ἑοῖ* *A* 893.* *οἷ* *B* 949. 1038. *Γ* 786. 1295. 1336. 1386. *ἕ* *B* 467. *σφίσι* *B* 1281.* 536. *Γ* 23. 1171. *Δ* 7.* *σφίν* *Γ* 1341. *σφεας* *Δ* 1288. 1499.

Indirectum quod dicitur reflexcivum i. e. id quod usu hypotactico adhibetur, mero pron. pers. significatum est locis vui sequuntur. Potest autem hypotactice coniungi pronom. reflex. aut cum Infinitivo aut cum Coniunctivo vel Optativo, si de coniunctiônibus pendet, aut cum Indicativo post verba cognoscendi et affectuum; nam in eis enuntiationibus in quibus de participiis pendet pronomen ita ut ad subiectum verbi finiti, non participii, referendum sit, quod est e. c. Hom. *F* 800. *Θ* 327. a Cauero Curt. Stud. VII p. 103 discedens directum reflexivum potius quam indirectum exsistere putarim. Eiusmodi igitur loci quot inveniuntur apud Apollonium, iam supra adscripti exstant. Reliquorum trium generum hypotactici usus pron. refl. loci Apolloniani sunt hice.

a) Cum Infinitivo coniungitur

ἐμεῦ *Δ* 1343. *ἄμμι* *Γ* 559. *ἑοῦ* *B* 6. *οἷ* *Γ* 603. *μίν* *Γ* 599.

b) Cum Coninunctivo vel Optativo

α) post *μή* *ἄμμι* *Γ* 1081. *ἄμμε* *A* 660. *ἑοῦ* *Δ* 801 *σφέ* *Δ* 328.

---

*) Locis stellula insignitis pronomen ad aliam personam atque ad 3. sing. et plur. pertinet.

β) post *εἰ* : *οἷ* *Γ* 349. γ) post *εἰ μή* : *ἄμμε* *B* 639. *οἷ* *Γ* 587. δ) post *ὡς* : *οἷ* *Α* 1208. ε) post *ὄφρα* : *μίν* *Γ* 622. *ἕ* *Γ* 596. post *μήπως*. Indicativus invenitur cum *μιν* coniunctus *Α* 1251.

c) Cum Indicativo α) post verba cognoscendi *νοεῖν* *B* 1376 *σφίσιν* β) post verbum dolendi *μύρεσθαι* *Γ* 1064 *ἑοῖο*.

Memorabile est praeterea ab Apollonio duobus locis duplicem formam pron. pers. positam esse ut reflexivi exsisteret significato, *Δ* 1469 ubi directe, *Α* 362 * ubi indirecte reflexivum est *οὗ ἕθεν* *Δ* 1469 *μέμβλετο γάρ οἱ*

οὗ ἕθεν ἀμφ' ἑτάροιο μεταλλῆσαι τὰ ἕκαστα
*Α*362 *εἴ κε θυηλαῖς*
οὗ ἕθεν ἐξάρχωμαι ἀεθλεύων βασιλῆι.

Atque prior quidem pars compositi huius pronominis forma Attica est pron. pers. quae ante Apollonium apud epicos poetas nec reflexiva neque anaphorica significatione invenitur. Idem autem vel similis usus praeter locos Apollonianos omnino non exstat apud Graecos. Denique de formis *ἑοῖο* *ἑοῦ* quomodo sit iudicandum, v. supra p. 10—12.

2) Pronomine *αὐτός* adiecto pronomine personali vis efficitur refleciva his locis d i r e c t e *αὐτῶν θ' ὑμείων* *B* 1141. *Δ* 196. *αὑτοὺς ἱμέας* *Δ* 84. *ἑοῖ αὐτῷ* *Α* 460. *οἱ αὐτῷ* *Α* 1189. *σφᾶς αὐτοὺς* *B* 961. *ἑοῖ αὐτῇ* *Γ* 99. i n d i r e c t e *οἱ αὐτῷ* *Γ* 594. cum Infinitvo.

3) Nudum pronomen *αὐτός* pro reflexivo adhibetur semel *Α* 476 * Fallitur Wellauerus qui huc referendos esse etiam *Γ* 321. 350. putat; sunt enim nostri loci quam dissimillimi, cum neutro loco reflexivum expectetur *Γ* **321**: *αὐτοὺς δ' ὑπο δούρασι πεπτηῶτας νήσου Ἐνυαλίοιο ποτι ξερὸν ἔκβαλε κῦμα αὐτούς* i. e. *ἡμᾶς* non *ἡμᾶς αὐτούς*. *Γ* **350**: *αὐτῷ δ' ὥς κεν ἅδῃ, τὼς ἔσσεται* i. e. tibi, non tibi ipsi, *σοί*, non *σεαυτῷ*, cum *Α* 476 exstet *δαιμόνιε, φρονέεις ὀλοφώια καὶ πάρος αὐτῷ*; ubi *αὐτῷ* pro *σεαυτῷ* positum esse apparet.

4) Compositis pronominibus, qualia sunt usitatissima in dialecto Attica, nusquam Apollonius utitur ueque inveniuntur

loci quibus pronomen *αὐτόν* pronominibus *ἐμέ* vel *σέ* vel *ἕ* ita adscriptum sit, ut exsistat *ἐμ' αὐτόν — σε αὐτόν — ἑ αὐτόν* quae si scriberentur *ἐμαυτόν σεαυτόν—ἑαυτόν* proprie reflexiva essent.

Usum pronominum reflexivorum supra in conspectu positum qui examinaverit cumque Homerico comparaverit, quem P. Cauerus in Curt. Stud. VII, 151 sq. illustravit, iam primo obtutu Apollonium non una in re ab Homero recessisse intelleget. In 1. quidem et in 2. pers. Appollonius aeque atque Homerus pronominibus et nudis et cum *αὐτός* coiniuctis, et directe et indirecte reflexiva utitur significatione, quod apparebit comparatis locis Homericis *N* 269. *K* 378. *ν*. 313. Sed in 3. pers. pronomine primum id animadvertendum est Apollonium eam formam quae a stirpe *ἱ* vel *ἰ* derivata est, *μίν*, reflexiva vi ibi iam non adhibere ubi ad subiectum eiusdem sententiae referenda sit neque meri pronominis neque *αὐτός* adiecto, sed in hypotacticis tantum sententiis, cum apud Homerum *μιν* etiam directi reflexivi munere fungi videatur. Nam in enuntiatione illa frequentissima *τῷ μιν ἐεισάμενος προσεφώνεε* cum Cauero *μίν* de *ἐεισάμενος* pendere perspicuum esse arbitror, quod *B* 795 optimi codices exhibent *τῷ μιν ἐεισάμενος μετέφη*, ubi *μιν* de verbo cum *μετὰ* composito nullo modo pendere potest. Neque *δ* 244 *αὐτόν μιν πληγῇσιν ἀεικελίῃσι δαμάσσας* dubitari potest, quin *μίν* reflexive usurpatum sit ab Homero, nam etsi codicum lectiones differunt inter se aliis *μέν*, aliis *μιν* praebentibus, tamen *μίν* apud Apollonium Dyscolum De pron. (Schneider p. 29) perspicuis verbis a Pindarione defenditur *μὲν* scribente. Ceterum non modo in Homericis illis locis *μίν* reflexive adhibitum esse a Cauero demonstratum est locis quibusdam Herodoteis adlatis ut 1,45 I,11 *προτείνων τὰς χεῖρας ἐπικατασφάξαι μιν κελεύων κτλ.* et *Ὁ δὲ Γύγης . . . ἱκέτευε μή μιν ἀναγκαίῃ ἐνδεῖν διακρῖναι τοιαύτην αἵρεσιν.* Tum pronomen 3. pers. pro reflexioo positum ab Homero uno solo loco ad aliam atque ad propriam suam personam relatum esse videtur *K* 398 (inde a 395):

ἔκ τε πυθέσθαι,
ἠὲ φυλάσσονται νῆες θοαὶ ὡς τὸ πάρος περ
ἢ ἤδη χείρεσσιν ὑφ᾽ ἡμετέρῃσι δαμέντες
φύξιν βουλεύοιτε μετὰ σφίσιν, οὐδ᾽ ἐθέλοιτε
νύκτα φυλασσέμεναι καμάτῳ ἀδηκότες αἰνῷ.

Quo loco σφίσιν v. 398 ad 2. plur. referendum est ut pro ὑμῖν αὐτοῖς positum sit. βουλεύοιτε enim et ἐθέλοιτε optimi codices praebent, cum in ceteris βουλεύουσι et ἐθέλουσι exstet. Ex scholiis autem inter se differentibus intellegendum esse videtur Aristarchum in priore recensione Iliadis βουλεύοιτε et ἐθέλουσι scripsisse, cum Doloni Ulixem adloquenti 2. persona utendum esse, optativos autem ἐθέλοιτε et βουλεύοιτε post indicativum φυλάσσονται defendi non posse arbitraretur (cf La Roche adn. crit. ad v. 398). Sed 3. personam cum Monro Grammar of the Homeric dialect Oxford 1882 § 254 ita optime probari posse mihi videtur, ut Dolon verbis Hectoris ipsis in vv. 309. 312 exstantibus usus esse putetur. Apollonium Rhodium autem cum ante Aristarchum viveret, in libris manuscriptis cum 2. persona pronomen σφίσιν coniunctum legisse veri est simillimum.

Deinde eiusmodi usum vere Homericum ratus in suo ipsius carmine secutus est ita quidem, ut rem singularem dilataret atque propagaret, quod e locis supra p. 36—37 stellula insignitis apparet. Nam *B* 637 εἷο ad 1. sing. pertinet ita ut in prosa oratione, Attica certe, ἐμαυτοῦ ponendum sit: αὐτὰρ ἔγωγε εἷο μὲν οὐδ᾽ ἠβαιὸν ἀτύζομαι.

A 893 ἑοῖ ad subiectum 2. sing. referendum est, ut sit pro σεαυτῷ: ῥηιδίως ἂν ἑοῖ καὶ ἀπείρονα λαὸν ἀγείραις. Similimodo *Γ* 99 ἑοῖ αὐτῇ ad 1. sing. spectat: μετέπειτά γ᾽ ἀτεμβοίμην ἑοῖ αὐτῇ. Denique duobus locis etiam σφίσιν ad 1. plur. pertinet *B* 1281 ὥρη δ᾽ ἡμῖν ἐνὶ σφίσι μητιάασθαι et *Γ* 907 ὄφρα τὰ μὲν δασόμεσθα μετὰ σφίσιν. Universam vim reflexivam usurpare pronomina a stirpe sva-derivata cum ex omnibus locis modo adlatis tum ex *B* 1281 elucet, ubi ad nullam certam personam pertinens pronomen σφίσι eodem modo pronomini personali ἡμῖν additum est, ut significatio fiat reflexiva, quo in sermone

pedestri *αὐτός* 1. 2. 3. personae plur. additur; est enim *B* 1281 Attice quidem dicendum *ἐν ἡμῖν αὐτοῖς*. Quare quoniam pron. 3 pers. reflexive adhibitum ad quamcumque personam referri poterat, multo minus mirandum est hoc etiam in quolibet numero factum esse. *Δ* 279 *ἕθεν* ad genetivum plur. spectat: *οἵ δή τοι γραπτῦς πατέρων ἕθεν εἰρύονται*. Neque paetermittamus animadvertere primum quidem *Γ* 907 eo facilius pron. 3. pers. poni potuisse quod hoc loco pron. *σφίσι* non tam reflexive quam reciproce adhibitum est ita ut *μετα σφίσι* sit*ἄλλος μετ' ἄλλον*. Exstant praeterea apud Aplolonium tres loci quibus pron. pers. non reflexive adhibitum neque ad aliam nisi ad propriam suam personam relatum pro reciproco positum est. Hoc apud Homerum eiusmodi locis solis admissum erat, quibus quod faceret aliquis et ad alterum et ad eum ipsum referri posset ut est in verbis *βουλένεσθαι* et *μητιᾶσθαι* *K* 208. 398. Sed Apollonius ita etiam pronomine personali utitur ut nihil aliud nisi *ἀλλήλων* significet *B* 128 *τὰ δὲ παντόθεν αὔτως στείνονται πίπτοντα περι σφίσιν*. *γ* 1022 *ἄμφω δ' ἄλλοτε μέν τε κατ' οὔδεος ὄμματ' ἔρειδον αἰδόμενοι, ὅτε δ' αὖτις ἐπι σφίσι βάλλον ὀπωπάς*. *Δ* 1288 *οἵ δ' ἐλεεινὰ χεροῖν σφέας ἀμφι βαλόντες δακρυόεν ἀγάπαζον*. Quos inter locos in secundo solo scholiasta discrepantem usum animadvertens his verbis castigat: *περι σφίσιν· ἔδει εἰπεῖν περὶ ἀλλήλοις πίπτοντα, οὐ γὰρ περὶ ἑαυτά· τὸ δὲ ἁμάρτημα τῶν μεθ' Ὅμηρον*. Atque primum quidem inter poetas aetate Homeri posteriores apud Pseudo — Hesiodum pronomen persoale pro reciproco adhibitum invenimus Scut. Herc. 403 *ἀλλήλοις κοτέοντες ἐπὶ σφέας ὁρμήσωσι*. Tum apud Pindarum hunc usum fuisse Apollon. Dysc. testatur De synt. II, 27 (Bekker p 179); adest autem in loco Pindarico aeque atque in loco Hesiodeo vox *ἀλλήλων* vel similis quaedam praeter pronomen personale: *ἀλλαλοφόνους ἐπάξαντο λόγχας ἐνὶ σφίσιν αὐτοῖς* (Bergk frgm. 140). Deinde apud Atticos atque pedestris quidem sermonis auctores maxime usitatum fuisse pron. recipr. cum reflexivo commutare notum est (v. Kühner § 455, 8 *uti loci adseruntur* e Thucyd. Platon. Xenoph. Demosth.).

Rursus igitur in Apolloniano usu pronominum animadvertendum erat vestigia sola in usu Homerico fuisse, ipsum autem ab eis auctoribus oblatum esse quorum dialectus aetate Alexandrina latissime patebat, Atticis.

Jam de uno illo loco Apolloniano agamus, quo nudum pronomen *αὐτός* reflexive adhibitum est *Α* 476. Hac in re Apollonium Homerum secutum esse perlucidum est, cum hunc ipsum pronominis *αὐτός* casibus obliquis quam saepissime significatione reflexiva usum esse nemo sit qui nesciat: e. c. *δ*. 247. *β* 125 *ι* 341 cf. etiam G. Herm. Opusc. 1, 320. Quod autem Apollonius illo loco *αὐτῷ* non ad 3. personam rettulit, sed ad 2. hunc usum non tam ex Homero sumpsisse videtur, apud quem bis exstat *Η* 338 *ποτὶ δ' αὐτὸν δείμομεν ὦκα ὑψηλούς, εἶλαρ νηῶν τε καὶ αὐτῶν* *κ* 27 *αὐτῶν γὰρ ἀπωλόμεθ' ἀφραδίῃσι*, ubi *ἡμῶν* facile subauditur (cf. Apollon. Dysc. Synt. p 143. De pron. p 101 sq.) quam e poetis tragicis qui plurimis locis nudum *αὐτός* pro reflexivo posuerunt (v. Rappold l. l. p 44), non modo 3. sed etiam 1. et 2. personae.

In eo autem quam accuratissime sequitur Homerum auctor Argonauticorum, quod ne uno quidem loco pronominibus compositis reflexive utitur. Aristarcho enim assensus Apollon. Dyscol. De pron p 90 C et De Synt. p 144, 32. 145. 27 illa Homero plane ignota fuisse contendit, cum omnibus locis quibus formae compositae exstarent in codicibus, aut accusativi essent qui facile seiunctim scribi possent, aut genitivi possessivi qui in pronomina possessiva et genetivos pronominis *αὐτός* dividi possent ut § 185. Apud Apollonium Rhodium autem ne tales quidem formas exstare quibus apostropho omisso compositae formae exsisterent, iam supra monitum est.

Priusquam ad bucolicos poetas nos vertamus, e re fore arbitror similitudinem demonstrare quae est usui pron. pers. cum pron. possess. usu in pronomine 3. personae ad aliam personam vel numerum atque ad genuinos referendo. Jam

pridem a viris doctis monitum est apud quosdam poetas Alexandrinae aeque atque posterioris aetatis non modo pronomen 3. sing. ad nomen in plurali positum relatum esse et pron. 3. plur. ad nomen in singulari positum, sed etiam utrumque pronomen cum 1. et 2. persona coniunctum esse. Neque defuerunt, qui exemplis e carminibus superioris aetatis adlatis rationem illius usus explicandum susciperent ut J. H. Vossius in Comment. in hym. Hom. in Cererem ad vv. 103 135 et K. Brugmanus in libro supra p 32 citato. Deinde ex Apollonic Rhodii Argonanticis in quibus longe plurima exempla illius usus inveniuntur, Aloisius Rzachius locos huc pertinentes ad unum fere omnes collegit in libro p 20 citato. Atque equidem quomodo iudicanda sit res de qua agitur in animo habeo quaerere locis omnibus e carminibus et Alexandrinae et superioris aetatis, quos investigare potui adlatis. In Alexandrinorum carminibus haec sunt quae exstant. Refertur

ὅς vel ἑός ad 1. sing. Apollon. Β 226. Δ 1034. Mosch. IV, 77.

ad 2. sing. Theocr. X, 2. XVIII, 50. XXII, 173. XXIV. 36.
Apollon. Β 636. Γ 140. 1040.
Callim. frgm. 536. hym. III, 103.

ad 1. plur. Apollon. Δ 203.

ad 2. plur. Apollon. Β 332. Γ 27. Δ 1382.

ad 3. plur. Theorc. XXV, 58. XXVII, 26.
Mosch. IV, 20.
Appollon. Δ 384. 529. 617. 805. 1113. Β 36. 132. 145. 454. 515. 561. Γ 167. 170. 327. 591. 1374. Δ 235. 484. 1087. 1111. 1207. 1299.
Callim. frgm. 11,2 frgm. 420.
Oppian. I, 148. 523. 664. 730. 733. 747. II, 106. 133. 244—45. 641. III, 86. 326. IV, 192. 488. V, 372.

ad 2. dual. Callim. frgm. 757.
ad 3. dual. Oppian. II, 278.
σφέτερος ad 1. sing. Thercr. XXV, 163.
ad 2. sing. Theocr. XXII, 67.
ad 3. sing. Theocr. XII, 4. XVII, 41. XXII, 209. XXIV, 59.
Callim. hym. III, 229. IV, 233. frgm. 130,2
Apollon. Α 167. Β 1042. Γ 186. 302. 622. 643. 316. Δ 1491.
Mosch. I, 26. 163. IV, 12. 21. 53.
Rhian. v. 5. (Mein. An. Alex p. 199).
Oppian I, 711. II, 130.
ad 1. plur. Appollon. Α 872. Δ 1351.
ad 2. plur. Apollon. Δ 1325.
σφωΐτερος ad 1. sing. 1. et 2. plur. nusquan.
ad 2. sing. Apollon. Γ 395.
ad 3. sing. Apollon. Α 643. Β 467. 546. 765. Γ 335. 600. 625. 1226. Δ 274. Theocr. XXV, 55.
ad 3. plur. Apollon. Α 1286.

Quod ad ὅς vel ἑός attinet, dubitari non potest, quin etymologica quam dicunt huius pronominis significatio non tam reflexiva sit quam in universum possessionem indicans, ita ut non ‚suus' vel ‚eius' vertendum sit Latine et ‚sein' vel ‚desselben' in lingua vernacula, sed ‚proprius' et ‚eigen'. (cf. Brugman l. l. 14.21.) Atque apud Homerum quidem praeter alios locos quam maximo documento est ὅς et ἑός nihil aliud nisi ‚eigen' significare ι 34 ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος οὐδὲ τοκήων γίγνεται. Qua ex re maxime perspicuum est pron. 3. sing. ad quamlibet personam cuiusvis numeri referri posse, ab Homero autem ipso tantum ad 1. et 2. sing. relatum est, illud ι 27 οὔτοι ἔγωγε ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι quod agnoscit Apoll. Dysc. De pron. 139 B; hoc α 402 κτήματα δ' αὐτός ἔχοις καὶ δώμασιν οἷσιν ἀνάσσοις. Brugmanus quidem praeterea multis locis pro-

pridem a viris doctis monitum est
Alexandrinae aeque atque posterior
pronomen 3. sing. ad nomen in plurali
et pron. 3. plur. ad nomen in singula
utrumque pronomen cum 1. et 2. per
Neque defuerunt, qui exemplis e carmi
adlatis rationem illius usus explicandu
Vossius in Comment. in hym. Hom.
135 et K. Brugmanus in libro supra
Apollonic Rhodii Argonanticis in
exempla illius usus inveniuntur, Alois
pertinentes ad unum fere omnes colleg
Atque equidem quomodo iudicanda sit
animo habeo quaerere locis omnibus
drinae et superioris aetatis, quos inves
Alexandrinorum carminibus haec sunt

ὅς vel ἑός ad 1. sing. Apol

ad 2. sing. Theocr. X, 2.
XXIV. 36.
Apollon. *B* 63
Callim. frgm.

ad 1. plur. Apollon. *Α*
ad 2. plur.
ad 3. plur.

Nam

2 pers

iem

ermanni

habet neque

neque ad

subiectum

quem

hoc autem

ad alium

neque perspicuum

Neque

ominis

cum Bergkio

igitur

inter Alexandrinos

studiosissimum

neque personas

oris aetatis

quod miremur

nomen ὅς restituit sive ἑός -ita ut ad aliam atque ad 3. pers. sit referendum. E quibus eis solis fides habenda mihi videtur quibus vel pro articulo cum possessiva significatione adhibito (quod rarissime obviam fit in carminibus Homericis) pronomen possessivum positum vult ut Φ 412. Τ 322 π 149, vel pro ἑῆος ab Aristarcho pro Zenodoteo ἑοῖο posito, ut Δ 393. Ο 138. Τ 342. Ω 422 550 . .; vel in formula illa usitatissima φρεσὶν ᾗσιν ut Τ 174. ν 320; vel in altera ἑὴν ἐς πατρίδα γαῖαν ut ε 168. Quibus e locis non dubito, quin, permultis aetate poetarum Alexandrinorum pronommen possessivum 3. pers. exstiterit quod ab Aristarcho demum omnibus eis locis quibus ad aliam atque ad 3. sing. referendum esset, stabili quadam atque firma ratione expulsum esse scimus, ita quidem ut aut articulus pro eo poneretur aut ἑῆος illud aut toti versus spurii indicarentur. Theocrito igitur et Callimacho et Apollonio hac ipsa de causa liberioris illius usus pron. poss. 3. sing. multo plura exempla quae sequerentur praesto erant quam nostra aetate exstant cum in libris Homericis tum in ceterorum poetarum carminibus. Quae in conspectu ponentibus nobis primus inter poetas Homerica aetate posteriores obfertur **Hesiodus**, cuius in Operibus et diebus exstat v. 58:

τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακοὶ ᾧ κεν ἅπαντες
τέρπωνται κατὰ θυμὸν ἑὸν κακ' ν αμφαγαπῶντες.

quem locum adfert Apollon. Dysc. De pron. p. 143 B ipse quidem castigans Hesiodum his verbis usus: Ἡσίοδος μέντοι ἐπίμεμπτός ἐστιν εἰπών (sequuntur versus Hesiodei) ἐν ᾧ ἑνικῷ ἀντὶ πληθυντικοῦ ἐχρήσατο, sed aliorum interpretationem hanc obferens: ὑπὲρ δὲ τοῦ Ἡσιοδείου οὕτω τινὲς ἐκδέχονται τῆς ἀντὶ πυρὸς δοθείσης γυναικὸς (intellege Pandoram) τέρπονται ἑὸν κακὸν ἕκαστος ἀγαπῶντες. Quomodo qui locum Hesiodeum interpretabantur sensisse mihi videntur in pronomine ἑός notionem illam latius patentem latere qua cum voce ἴδιος congrueret. Quod vero et Brugmanus et Rźachius in altero loco Hesiodeo Oper. et. Dies. 381 σοὶ δ' εἰ πλοῦτον θυμὸς ἐέλδεται ἐν φρεσὶν ᾗσιν *dicunt pron.* ὅς ad 2. sing. pertinere non magis concedo

quam in loco Apolloniano Γ 511 hoc fieri: εἰ δ' οὔτοι μάλα θυμὸς ἑῇ ἔπι πάγχυ πέποιθεν ἠνορέῃ. Nam utroque loco proprium enuntiationis subiectum non 2. pers. est, sed 3. θυμὸς ad quod spectat ᾖσι et ἑῇ, 2. personae tantum subiectum est quod dicunt logicum, quia τοι . . . θυμός idem significare quod σύ facillime intellegitur ex Hermanni coniectura Pindar. Pyth. IX,

105 ἐμὲ δ' οὔ τις ἀοιδάν
δίψα δ' ἀεικόμενον πράσσει χρέος αὖτις ἐγεῖραι
καὶ παλαιὰν δόξαν ἑῶν προγόνων.

pro tradito

ἐμὲ δ' οὔτις ἀοιδᾶν
δίψαν ἀεικόμενον πράσσει χρέος αὖτις ἐγεῖραι
καὶ παλαιῶν δόξαν τεῶν προγόνων.

quod metro repuguat. Hermanni coniectura recepta pronomen ἑός neque reflexivam vim habet neque ‚proprie' vocis notionem, cum neque ad subiectum neque ad alind eiusdem enuntiationis nomen pertineat, sed ad subiectum antecedentis alicuius, quo is apellatus est a Pindaro quem laudibus efferre in animo habebat illo carmine. Hoc autem modo ratio ipsa qua fieri potuit, ut pron. 3. sing. ad aliam personam vel numerum transferretur, evanescit neque perspicuum est, quam personam positam voluerit poeta. Neque invenitur apud alium quemquam eiusmodi usus pronominis possessivi 3. personae. Quare locum illum Pindaricum cum Bergkio traiectis verbis sic corrigendum puto: καὶ τεῶν δόξαν παλαιῶν προγόνων.

Pronominibus ὅς et ἑός igitur si tam universa atque ampla significatio attribuebatur, inter Alexandrinos poetas eum quem rarioris usus pronominum studiosissimum novimus, Apollonium Rhodium, ad eas quoque personas referre pronomen non dubitasse, ad quas superioris aetatis poetae nondum rettulissent, 1. et 2. plur. quid est quod miremur? Exstat enim B 332 ἀλλ' εὖ καρτύνοντες ἑαῖς ἐνὶ χερσὶν ἐρετμὰ τέμνεθ' ἁλὸς στεινωπόν.

Γ 267 μητέρ' ἑὴν ἀχέουσαν ἀποπρολιπόντες ἵκοισθε
Δ 1382 ᾗ βίῃ ᾗ τ' ἀρετῇ Λιβύης ἀνὰ θῖνας ἐρήμους
νῆα μεταχρονίην ὅσα τ' ἔνδοθι νηὸς ἄγεσθε

Deinde alterum pron. poss. 3. pers. *σφέτερος, σφέος, σφός* cum ab eadem stirpe sva — qua *ὅς* et *ἑός* derivatum esset. perspicuum est eodem modo adhiberi **potuisse** quod illud ipsum,

Apud Homerum autem hoc modo adhibitum esse nullus locus est documento. Sed apud Hesiodum et *σφός* et *σφέτερος* = *ὅς* et *σφέτερος* = *ὑμέτερος* vel potius = *ὑμῶν αὐτῶν* invenitur. Hesiod. Theog. 398:

ἦλθε δ' ἄρα πρώτη Στὺξ ἄφθιτος Οὔλυμπόνδε
σὺν σφοῖσιν παίδεσσιν φίλου διὰ μήδεα πατρός.

Oper et Dies 2:

Μοῦσαι Πιερίηθεν, ἀοιδῇσι κλείουσαι,
δεῦτε, Δί' ἐννέπετε, σφέτερον πατέρ' ὑμνείουσαι.

Ex his locis tertius cum decem reliquis versibus initii carminis etsi non ab eodem autore scriptus essse potest, a quo maxima pars carminis quo de Operibus et Diebus agitur, tamen aetati eiusdem poetae alias ob causas attribuendus esse videtur viris doctis.

Multo saepius autem a lyricis poetis *σφέτερος* cet. ad aliam quam ad 3. plur. refertur. Alcmanem pronomen *σφός* cum singulari coniunxisse Apoll. Dysc. auctor est De pron. p. 143 B: *πάλιν δὴ ὁ Ἀλκμὰν τὸ σφεᾶς ἀντὶ ἑνικοῦ ἔταξε καὶ τὸ σφοῖς ἀδελφιδέοις κάραν καὶ φόνον.* Hoc loco in codicibus quidem *σφέας* traditum est, sed recte monere mihi videtur Ahrensius De Graec. ling. dial. II, 262 Adn. 38, cum *σφεᾶς* voce mutandum esse ita ut ad *σφεᾶς ἐείξε χώρας* spectetur quod ex eodem Alcmane attulerat Apollonius paullo supra p. 142 B. Lenior enim est coniectura Ahrensii quam si quis corruptum *σφέας* in *σφέος* vertendum esse putaret.

Idem Alcman teste Apollon. Dysc. pronomen de quo agi- ad 2. plur. rettulisse videtur, nam hoc ipsum fecisse veri non est simile. Legimus enim Apoll. De pron. p 139 C post verba *καὶ πάλιν παρ' αὐτῷ* (sc. *Καλλιμάχῳ*) *ἀντὶ τοῦ σφωϊτέρου Ἀλκμάν· ὑμέ τε καὶ σφετέρως ἵππως· σφέα δὲ ποτὶ γούνατα πίπτω.* Recte iam Ahrensius De dial. Graec. ling. II, 263 animadverterat *pro Alcmanicis* exspectari Callimachea; itaque aut suspicari

licere quaedam excidisse aut e Callimacheo carmine ad Dioscuros sumpta esse verba *Ἀλκμὰν ὑμέ τε καὶ σφετέρως ἵππως* (suppl. *ἐκλέϊσσεν* vel simile aliquid); tum sequentia non minus Callimachi essent i. e. *σφέα δὲ προτὶ γούνατα πίπτω.* Nam quod Brugmanus adicit Alcmani eiusmodi usum non esse tribuendum in priore loco *ὑμέ τε καὶ σφετέρως ἵππως* atque hac ipsa de causa Alcmanis esse non posse, concedere nolim, quia idem fuerat in loco Pseudo-Hesiodeo: *Δί' ἐννέπετε σφέτερον πατέρ' ὑμνείουσαι.*

Ad 3. sing. pronomen *σφός* etiam a Theognide relatum est v. 712:

ἀλλ' ἄρα κἀκεῖθεν πάλιν ἤλυθε Σίσυφος ἥρως
σφῇσι πολυφροσύναις.

Lyricos poetas qui maxima ex parte Doricam adhiberent dialectum, usui pron. 3. plur. ei de quo agimus, praeter ceteros favisse documento etiam est locus Aeschyleus qui in cantico exstat Pers. 900:

καὶ τὰς εὐκτεάνους κατὰ κλῆρον Ἰόνιον πολυάνδρους
Ἑλλάνων ἐκράτησε σφετέραις φρεσίν.

Vel in prosa oratione Attica vestigia latent pronominis *σφέτερος* ad aliam atque ad. 3. plur. relati, cusius usus exemplum adfert Kühnerus § 455, 7c e Xenoph. Cyrop. VI, 1,10: *ἐβοήθουν* (1. sing.) *οὖν πολλάκις τῶν ἡμετέρων ἀγομένων καὶ περὶ τῶν σφετέρων φρουρίων* (de nostris castellis) *πράγματα εἶχον* (1. sing.) (cf. Krüger, Gramm. § 58, 4, 3).

Denique apud Pindarum sexies *σφέτερος* cum 3. sing. coniunctum est:

Pyth. IV, 84 *τάχα δ' εὐθὺς ἰὼν σφετέρας*
ἐστάθη γνώμας . . .

Isthm. V (VI), 33 *σφετέρας οὐ φείσατο*
χερσὶν βαρυφθόγγοιο νευρᾶς
Ἡρακλέης.

Isthm. VII (VIII), 57. *Ἀχιλεὺς, οὖρος Αἰακιδᾶν,*
Αἴγιναν σφετέραν τε ῥίζαν προφαίνει.

Isthm. II, 27 χρυσέας ἐν γούνασι πίπτοντα Νίκας
γαῖαν ἀνὰ σφετέραν.

Olymp. IX, 78

ἐξ οὗ Θέτιος· γγ ἰνος οὐλίῳ νιν ἐν Ἄρει
παραγορεῖτε μή ποτε
σφετέρας ἄτερθε ταξιοῦσθαι
δαμασσιμβρότου αἰχμᾶς

Olymp. XIII, 59

τοῖσι μέν
ἐξεύχετ' ἐν ἄστει Πειράνας σφετέρου πατρὸς ἀρχάν
καὶ βαθὺν κλᾶρον ἔμμεν καὶ μέγαρον.

Quo ex conspectu intellegitur Alexandrinos poetas eius usus proneminis σφέτερος cum pro ὅς poneretur, non tot in epicorum quot in lyricorum carminibus habuisse exempla, quae sequerentur. Ipsi autem σφέτερος non modo ad 3. sing. sed etim ad reliquas personas et numeros referunt v. p. 43.

Quod vero Apoll. A 872 dicit ἴομεν αὖτις ἕκαστοι ἐπὶ σφέα, ad. 1. plur. non pertinet pronomen, nisi sensum respicimus, cum structurae grammaticae ratione habita ad subiectum 3. plur. ἕκαστοι sit referendum.

Restat ut mirabili quodam modo apud Alexandrinos etiam pron. σφωΐτερος ita adhiberi commemoremus, ut ad 2. dual. cui est tribuendum, omnino non referatur, sed ad 2. sing. 3. sing. et 3. plur. Quem usum Apollonium Rhodium a Zenodoto accepisse putaverim Rźachio assensus (l. c. p. 547), cui cum Hom. A 208. 209 non agnosceret, in v. 216 quo loco solo in carminibus Homericis exstat σφωΐτερος, ad solam Minervam erat referendum, cum integris versibus 208 - 209 in quibus ἄμφω erat, ad 1. dual. pertineret: Ἥρη, ἄμφω ὁμῶς θυμῷ φιλέουσά τε κηδομένη τε . . v. 216 χρὴ μὲν σφωΐτερόν γε, θεά, ἔπος εἰρύσσασθαι. Atque Apollonianus locus quo σφωΐτερος ad. 2. sing. pertinet, exstat φ 395 δῆμον σφωϊτέροισιν ὑπὸ σκήπτροισι δαμάσσαι. Denique quod Apollonius Theocrito duce σφωΐτερος etiam ad 3. sing. rettulit et ad 3. plur. perspicuum est semel obscurata

genuina pronominis notione *σφωΐτερος* ad similitudinem pron. *σφέτερος*, cui iam sono ipso perquam simile est, tractatum esse: Theocr. XXV, 55 *Αὐγείης, υἱὸς φίλος Ἠελίοιο, σφωϊτέρῳ σὺν παιδί.* Plurimi illi loci Apollonani huc referendi ad unum omnes enumerati sunt supra p. 43.

De significatione igitur pronominis poss. 3. pers. ab Alexandrinis poetis mutata in universum hoc dicendum est. Liberiorem illum usum, cum ad aliam atque ad 3. personam referri poterat, cuius exempla in pronomine *ὅς* et *ἑός* in epicorum tantum, in pronomine *σφέτερος* vel reliquis formis eius in lyricorum multo plura quam in epicorum carminibus exstabant superioris aetatis, etiam multo latius diffuderunt. Atque primus quidem ampliorem significationem pronomini *σφέτερος* cet. tribuisse videtur is qui saepius lyricorum i. e. imprimis Doricae dialecti usum secutus est, Theocritus. Qui ubi semel usum illum etiam in carminibus magis epicum sermonem redolentibus admisit, reliquis poetis, Callimacho et Apollonio et suis ipsius imitatoribus, Bioni et Moscho, exemplum esse potuit, quod sequerentur.

Similitudine ea quae et liberiori usui pronominum personalium 3. personae cum usu eiusdem personae pronominum possessivorum apud Alexandrinos poetas illustrata ad bucolicos nos vertamus poetas, ut quomodo reflexivam quae dicitur relationem expresserint, videamus.

1) Mera pronomina personalia reflexive posita sunt his locis. Directe 1. pers. nusquam. 2. pers. *σέο* Theocr. XXVII, 62. *σεῖο.* Mosch. III (In cert I), 102 *σέ* Theocr. XXVII, 21. Indirecte in 1 et 2 pers. nusquam. 3. pers. Directe *ἕθεν* Theocr. XXV, 160. XXVII, 44*. *σφίσι* Theocr. XXV, 133. Indirecte *ἕθεν* Theocr. XXV, 167 in genetivo absoluto. *εἷο* Mosch. I, 8 apud Infinitivum. *οἷ* Th. XXV, 66 post *μή* c. Optat.

2) Pronomini personali adpositum est *αὐτὸς* ad vim

reflexivam efficiendam non plus semel Bion XIII, 3 τί νυ τόσσον ἀπήχθεο καὶ τὶν αὐτᾷ;

3) Neque saepius pronomen αὐτὸς solum reflexivi atque indirecti quidem munere fungitur Theocr. XIII, 14 ὡς αὐτῷ κατὰ θυμὸν ὁ παῖς πεπονημένος εἴη.

4) Composita pronomina quae proprie reflexiva dicuntur inveniuntur hisce locis: ἐμαυτοῦ Theocr. XXX, 11. ἐμαυτόν Theocr. XI, 39. XXVI, 41. σαυτῷ i. e. σεαυτοῦ Attice. Theocr. V, 61. XXVII, 13. αὑτῷ i. e. ἑαυτοῦ Attice Theocr. I, 93. XIII, 15. XV, 131. Bion. XII, 15.

Adiciamus etiam reflexivi pronominis cuiusvis generis in plurali numero adhibiti nulla exstare exempla atque, quibuscumque locis reflexiva inveniuntur, ad suas proprias referuntur personas et numeros excepto loco illo Theocriteo supra p. 49 stellula insignito Theocr. XXVII, 44 quo codices D[a] et edit. Junt. et Callierg. ἕθεν exhibent, cum lectio vulgata sit σέθεν δεῖξον ἐμοί ἕθεν ἄλσος· ἕθεν equidem cum Ahrensio retinendum puto, quod veri est multo similius librarios insolitum ἕθεν cum ad 2. sing. referre dubitarent, cum usitatiore σέθεν commutasse quam contrarium eos fecisse. Praeterea nescio an insolita illa significatio pronominis ἕθεν adferat aliquid, ut totum carmen XXVII. Theocrito tribui non posse demonstremus. Nam etiamsi retinetur pronomen σέθεν, tamen non nude personale est, sed reflexivum. Theoritus autem pron. pers., quod elucet e locis p 36—37 compositis, nusquam reflexivi munus tribuit nisi in carmine epico Id. XXV, cum in eodem illo carmine XXVII quod vere bucolicum est, praeter v. 44 bis etiam σέο pro reflexico positum sit.

Neque praetermittamus animadvertere Theocritum pronom. reflex. formas compositas in eorum carminum nullo adhibuisse quae epicum sermonem redolentia Jonicam dialectum quam accuratissime conservant. Unde apparet usum Homericum hac in re ne posterioribus quidem temporibus neglectum

esse, nam Apollonium quoque Rhodium a formis compositis se abstinuisse modo vidimus. Quae formae in eis carminibus solis exstant, quae aut Aeolica dialecto composita sunt ut Id. XXX, aut in quibus Doricis formis plus favetur quam Jonicis ut Jd. I. V. XI. XV. Usus igitur ille qui in carminibus antiquissimis dialecti Aeolicae et Doricae exstat, diligentissime a Theocrito conservatus est; nam Alcaeus et Alcman aeque atque Pindarus formas compositas saepius admittunt quam solutas (v. Kühner Gramm. § 168, 1. 2.) Accedit quod Theocritum in eis inter carmina illa quae colloquiis paene composita sunt, ipsa illa dialectus, quae potissimum in genere poeseos scaenicae valebat, Attica, ad formas compositas adhibendas commovere potuit.

Quod vero semel etiam in carmine XXI, 41 in quo Jonica dialectus praevalet, *ἐμαυτόν* invenitur, monendum est totum carmen quod *Ἁλιεῖς* inscribitur, spurium habetur.

Restat ut de Theocriti Jd. XIII, 14. 15 disseramus qui locus satis corruptus est. Inde e v. 10:

χωρὶς δ᾽ οὐδέποκ᾽ ἦς (sc. *Ἡρακλῆς*), *οὔτ᾽ εἰ μέσον ἆμας ὄροιτο,*
οὐθ᾽ ὁπόκ᾽ ὀρτάλιχοι μινυροὶ ποτὶ κοῖτον ὁρῷεν,
σεισαμένας πτερὰ ματρὸς ἐπ᾽ αἰθαλόεντι πετεύρῳ,
ὡς αὐτῷ κατὰ θυμὸν ὁ παῖς πεποναμένος εἴη,
αὐτοῦ δ᾽ εὖ ἥκων ἐς ἀλάθινον ἄνδρ᾽ ἀποβαίη.

Sic cum Dan. Heinsio in editionibus recentioribus legitur excepta Ahrensiana in qua *αὐτοῦ δ᾽ εὖ εἴκων* exstat, cum sit in codd. *αὐτῷ δ᾽ εὖ ἕλκων* vel *αὐτῷ δ᾽ εὖ ἕλκων* (quod Ameisius recepit). *αὐτῶ* in v. 15 scholiasta *αὐτόθεν* esse dicit i. e. *παραυτόθεν ἐκ νεότητος* atque de *εὖ ἕλκων* idem scholiasta *εἴρηται μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν βοῶν ἐκ νέου εἰθισμένων καλῶς ἕλκειν* (Ahrens Bucolici Graeci II, 358.

Sed hoc modo constantia atque animi firmitas quas exprimi illis verbis necesse erat, non dilucidae sunt, quod fieret, si *αὐτῷ* legeretur. At hac lectione recepta dativus commodi desideratur ad subiectum verbi *ἀποβίη* Hylam,

(Herculis amores) referendus. Ergo sensus huius loci quem alter scholiasta Ahrens l. l. II p 261 his verbis explicat: μὴ ψευδόμενος τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ita optime effici mihi videtur, ut pro dativo neutrius αὐτῷ accusativus αὐτό ponatur de ἕλκειν pendens et εὖ commutetur cum dativo pronominis pers. οἱ reflexive adhibiti, quam coniecturam proposuit Kreusslerus Observat. in Theocritum 1870 p 8sqq. Hac recepta est locus de quo dubitatur: αὐτὸ δέ οἱ ἕλκων ἐς ἀλάθινον ἄνδρ' ἀποβαίη.

Aratus Solensis pron. 3. pers. (1. et 2. pers. pronomina reflexive posita non inveniuntur) reflexivi munere fungentia non aliter atque Homerus adhibet.

1) σφίσιν v. 438 directe reflexivum, indirecte οἱ v. 730 post εἰ c. Opt. 1046 et 1097 post μή c. Conj. μίν v. 936 post μή c. Conj.
2) Pronomen αὐτός pronomini personali adiectum nusquam vim efficit reflexivam,
3) αὐτός solum non plus semel v 128 τοὺς δ' ἄρα λαοὺς εἰς αὐτὴν ἔτι πάντας ἐλίμπανε παπταίνοντας,
4) Pronomina composita aeque atque apud Apollonium et in bucolicorum carminibus epicis apud Aratum non inveniuntur.

Callimachus in carminibus quae exstant fragmentis inclusis non plus quattuor locos praebet, quibus sensu totius periodi reflexivam relationem loco esse indicatur. hym. III, 122. VI; 99. Epigr. I, 12. frgm. 315b. Atque primo quidem et secundo loco merum pron. pers. positum est, σφέας hym. III, 122, ubi non tam reflexivum est quam reciprocum: ἀλλά μιν εἰς ἀδίκων ἔβαλες πόλιν, οἵ τε περὶ σφέας, οἵ τε περὶ ξείνους ἀλιτήμονα πολλὰ τέλεσκον. VI, 99: ψευδοπάτωρ, ἰδὲ τόνδε τεοῦ τρίτον (de hac forma pron. pers. v. quae supra exposita sunt p. 10 sqq.). Tertio autem loco Epigr. I, 12 pronomen cum αὐτός compositum adhibitum est, quod in carminibus elegiacis Graecorum praevalere solet: τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα (vox est proverbialis). Quod vero frgm. 315b. dicitur ναί μὰ τὸν αὐτὸν

ἐμὲ quem locum Apoll. Dysc. adfert de Synt. 59, 22 et de pron. p. 15 A. etsi sine dubio reflexivam vim habet pronomen, tamen paullo aliter de eo puto iudicandum esse. Articuli positio propter quam ab Apollonio adfertur, quemadmodum sit interpretanda, eleganter copioseque exposuit Schoemannus Anim. ad veter. gramm. doctrin. Gryphisw. 1863 p. 6. sed pronomen αὐτός insolite ante pronom. ἐμὲ positum ert. Loci ni fallor Homerici ante oculos fuerunt Callimacho quales sunt δ 244 αὐτόν μιν δαμάσσας ϱ 595 αὐτὸν μέν σε πρῶτα σάω. Multo enim gravior fit notio quae inest in pronomine reflexivo, si duabus vocibus separatis neque inter se coniunctis ut est in ἐμαυτόν cet. exprimitur. Pronomen autem reflexivum etiamsi ἐμ' αὐτόν scribitur, certe ἐμαυτόν auditur, quod evitabit qui αὐτον ἐμὲ scripserit.

Apud Nicandrum reflexivi pronominis nulla inveniuntur exempla.

Oppiani pronomis reflexivi usus est qui sequitur.

1) σφίσιν directe reflex: III, 385. indirecte
   - a) c. Inf. μιν III, 494—95.
   - b) c. Conj. vel Optat.
     - α) post μη σφας II, 231. μιν I. 342.
     - β) post εἴ σφι III, 288.
     - γ) post ὄφρα οἱ I, 166. III, 130. 466. ἑ II, 160. μιν III, 551. 573. σφι V, 622.
     - δ) post εἰσόκε οἱ II. 210. μιν II, 139. 212. IV, 627.
   - c) c. Indic. post εἰ IV, 396 οἱ.

Pronomen αὐτὸς pronomini personali adiectum nusquam cum vi reflexiva exstat, neque magis pronomen αὐτὸς solum. At pron. compos. 3. pers. invenitur semel quidem Opp. II, 195: ἔνδοθεν ἐφράσατ' ἄγρην αὐτῇ τ' ἠδ' ἑτάρῳ.

Singulorum poetarum usu hoc modo pertractato videamus, quid in universum usu Homerico comparato sit statuendum in pronominibus reflexivis. Atque primum quidem mera pronomina personalia reflexive adhibita repperimus in carminibus

epicis quippe quorum sermo Homericam sequatur elocutionem quam accuratissime. Deinde pronomine αὐτός pron. pers. adiecto in alio nullo genere poeseos reflexivum expressum est nisi in epico, qua in re non minus Homerum secuti sunt poetae Alexandrini. Tum αὐτός solum reflexivi munera explet non saepius quam singulis locis Apollonianis (Δ 476) et Theocriteis (Id. XIII, 14), Arateis (v. 128). Qua in re quod maxime ab Hsmerico usu recesserunt Alexandrini, cum apud Homerum αὐτός solum saepissime reflexivi munere fungeretur, causa nulla alia est, nisi quod pronomini αὐτός aetate Alexandrina multo minus ponderis attribuitur quam apud poetas et pedestris sermonis auctores superioris aetatis, ita ut ad gravissimam illam vim, reflexivam dico, exprimendam adhiberi iam non potuisse facile intellegatur. Deinde compositas formas inter Alexandrinorum carmina in eis solis inveniuntur praeter unum illum locum Oppianeum Hal. II, 195., quae aut lyricorum poetarum usum atque dialectum observant ut Theocritea quaedam aut Atticorum elocutionem ut elegiacorum fragmenta. Denique quod interdum pron. 3. pers. ubi vim reflexivam habet, etiam ad 1. et 2. personam refertur ut apud Apollonium et in Theocriti spurio idyllio XXVII. liberioris cuiusdam usus exempla statuenda sunt, cuius vestigia in pronominum possessivorum usu, quae ab eadem stirpe sva-qua pronomina personalia derivata sunt, etiam apud Homerum perspiuntur.

Vita.

Franciscus Theodorus Paullus Lorentz a. d. XVI Kal. Jul. a. MDCCCLXII natus sum Memelae in oppido Prussiae orientalis patre Guilelmo, matre Berta e gente Sudermann, quos puerulo iam mihi morte ereptos lugeo. In fidem receptus sum evangelicam. Primis litterarum elementis in ludo litterario imbutus post mortem parentum orphanotropheo Goesiano Bachmanni constituto in vico prope Memelam sito traditus sum. Ubi per triduum commoratus postquam et Latinae et Graecae linguae elementis instrui coepi, autumno a. MDCCCLXXVI gymnasium Memelense, quod tunc directore Aemilio Grosse efflorescere coepit, a tertio ordine frequentavi. Maturitatis testimonium autumno a. MDCCCLXXXII adeptus in universitate Albertina Regimontana per quater sex menses, denide per tantundem temporis in alma litterarum universitate Friderico-Guilelma Berolinensi studiis operam dedi philologis. Atque horum virorum clarissimorum audivi scholas.

Regimonti: Baumgard, Dehio, Favre, Friedlaender, Hirschfeld, Jordan, Ludwich, Schade, Thiele, Walter,

Berolini: du Bois-Reymond, Curtius, Diels, Dilthey, Frey, Hirschfeld, Hoffory, Hübner, Kirchhoff, Lazarus, Rossi, Scherer, Joh. Schmidt, Simmel, a Stein, a Treitschke, Vahlen, Zeller. Quibus viris omnibus gratum semper servabo animum.

Pridie Kal. Febr. a. MDCCCLXXXVIII examen pro facultate docendi sustinui, annum tirocinii in gymnasio Ascanio directore W. Ribbeck peregi, nunc in gymnasio Francogallico directore G. Schulze munere praeceptoris fungor.

Druck von G. Zahn & H. Baendel, Kirchhain N.-L.

